Reginaldus miseratione divina tituli Sancte Marie in Cosmedin Sancte Romane ecclesie presbiter Cardinalis Polus Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie Primas et apostolice sedis legatus natus **Dilecto** nobis in Christo filio magistro Johanni Pope in Legibus Baccalaureo nostro in Civitate et diocesi Lincoln sede episcopali ibidem nuper vacante Officiali sive Vicario in spiritualibus generali Salutem gratiam et benedictionem / **Cum** Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Paulus divina providentia eius nominis papa quartus venerabilem fratrem nostrum dominum Thomam Watson sacre Theologie professorem ad ecclesiam cathedralem beate Marie Lincoln per translationem venerabilis Confratris nostri domini Johannis White ultimi episcopi et pastoris eiusdem ecclesie vacantem providerit, ipsumque eidem ecclesie prefecerit in episcopum et pastorem Quem nos in forma ecclesie consueta consecravimus adhibitis Ceremoniis et suffragiis debitis benediximus, **Tibi** igitur committimus et Mandamus Quatenus receptis presentibus universa et singula Registra et munimenta spiritualitatem Civitatis et diocesis predictis concernentia et ad episcopum Lincoln pertinentia in manibus tuis nunc existentia eidem domino Thome aut suis ministris seu deputatis plenarie et integre liberes seu liberari facias Salvis nobis Regestis Actis et Actitatis coram et per te durante vacatione predicta expeditis que ad nos et Registrarium nostrum principalem integraliter transmitti volumus et mandamus Eundemque dominum Thomam ac suos Officiarios et ministros in spiritualibus dicte Civitatis et diocesis libere administrare, et de eisdem disponere permittas Reservata nobis et ministris nostris potestate colligendi et levandi vice nostra et auctoritate nostra prestationes quascumque ac omnia et singula alia emolumenta que ad nos ratione vacationis sedis episcopalis predicte pertinent seu pertinere poterunt de Consuetudine vel de iure, Iuribus Archiepiscopalibus Consuetudinibus, dignitate et prerogativa nostris et ecclesie nostre metropolitice Christi Cantuariensis in omnibus semper salvis **In Cuius** rei Testimonium Sigillum nostrum presentibus est appensum Datum in Manerio nostro de Lambehith Winton diocesis decimo Sexto die mensis Augusti Anno domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo Septimo Et nostre Consecrationis Anno Secundo /

Mandatum pro liberatione spiritualitatis Episcopatus Petriburgensis /

Reginaldus miseratione divina tituli Sancte Marie in Cosmedin Sancte Romane ecclesie presbiter Cardinalis Polus Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie Primas et apostolice sedis legatus natus **Dilecto** nobis in Christo filio magistro Willelmo Binsley in legibus Baccalaureo nostro in Civitate et diocesi Petriburgensi sede episcopali ibidem nuper vacante Commissario sive Vicario in spiritualibus generali Salutem gratiam et benedictionem / **Cum** Sanctissimus in Christo pater et dominus dominus Paulus divina providentia eius nominis Papa quartus venerabilem fratrem nostrum dominum Davidem Pole legum doctorem ad ecclesiam cathedralem de Burgo Sancti Petri alias Petriburgensem per mortem naturalem bone memorie domini Johannis Chamber ultimi episcopi et pastoris eiusdem ecclesie vacantem providerit ipsumque eidem ecclesie prefecerit in episcopum et pastorem quem nos in forma ecclesie consueta consecravimus et adhibitis Ceremoniis et suffragiis debitis benediximus, **Tibi** igitur committimus et mandamus Quatenus receptis presentibus universa et singula Registra et munimenta spiritualitatem Civitatis et diocesis predictis concernentia et ad episcopum Petriburgensem pertinentia in manibus tuis nunc existentia eidem domino Davidi aut suis ministris seu deputatis plenarie et integre liberes seu liberari facias Salvis nobis Regestis Actis et Actitatis coram et per te durante vacatione predicta expeditis Que ad nos et Registrarium nostrum principalem integraliter transmitti volumus et mandamus / Eundemque dominum Davidem ac suos Officiarios et ministros in spiritualibus dicte Civitatis et diocesis libere administrare, et de eisdem disponere permittas Reservata nobis et ministris nostris potestate corrigendi et reformandi Crimina excessus et defectus quorumcumque subditorum dicte Civitatis et diocesis nuper in Visitatione ibidem auctoritate nostra legitime et actualiter exercita comperta / Necnon levandi et colligendi vice nostra et auctoritate nostra prestationes quascumque ac omnia et singula alia emolumenta que ad nos ratione vacationis sedis episcopalis predicte pertinent seu pertinere poterunt de iure vel Consuetudine, Iuribus nostris Archiepiscopalibus Consuetudinibus, dignitate et prerogativa nostris ac ecclesie nostre metropolitice Christi Cantuariensis in omnibus semper salvis / **In Cuius** rei testimonium Sigillum nostrum presentibus est appensum / Datum in Manerio nostro de Lambehith Winton diocesis Sexto die mensis Augusti Anno domini Millesimo quingentesimo / Septimo / Et nostre Consecrationis Anno Secundo /

Advocatio prebende in ecclesia Lincoln concessa domino Archiepiscopo Cantuariensi

Omnibus Christi fidelibus ad quos presentes litere pervenerint Thomas permissione divina Lincoln episcopus Salutem in domino sempiternam Cum tam de iure antiqua laudabili longevaque et legitime prescripta Consuetudine hactenus inconcusse observata et observanda quam etiam de singulari prerogativa ecclesie metropolitice Christi Cantuariensis fuerit et sit observatum

et observatum Ac Archiepus Cantuarien pro tempore existens cuilibet suffraganeorum in Epum
alicuius ecclie cathedralis Cantuarien Provincie electo statim post Confirmationem suam vnum clericum
idoneum nominare et presentare possit/ Cui idem electus confirmatus tenebitur quam primum facultas se
obtulerit in sua ecclia cathedrali (si secularis fuerit) de canonicatu et prebenda/ (Si vero Regularis
de alio competenti Beneficio ecclesiastico providere/ Ac interim dictum Clericum ad Canonicatum
et prebendam seu Beneficium huiusmodi sic promovendum acceptare et admittere clericoque sibi pensionem
annuam quinque librarum monete Anglie constitutae tantisper solvendam et impendendam quousque eundem
Clerico de Canonicatu et prebenda vel de alio competenti Beneficio huiusmodi sufficienter providerit
Cantum et promissum/ **Sciatis** igitur me Thomam Lincoln Epum antedictum, iura, libertates et
Consuetudines et Prerogativam ecclie metropolitice Xpi Cantuarien pro posse meo adimplere vo-
lentem dedisse concessisse et hoc presenti scripto meo confirmasse Reverendissimo in Xpo patri et Dno
Dno Reginaldo miseratione divina tituli Sancte Marie in Cosmedin Sancte Romane ecclie
Pbro Cardinali Polo Cantuarien Archiepo totius Anglie Primati et aplice sedis lega-
to nato Conservatori meo primam et proximam advocationem nominationem et liberam dispositionem
cuiuscumque Canonicatus et prebende in ecclia mea cathedr Lincoln meorum Patronatus et
Collationis, cum illum per mortem resignationem cessionem dimissionem vel permutationem aut alio
quovismodo proxime vacare contigerit/ **Habendum** et tenendum sibi et assignatis suis dictam Advoca-
tionem nominationem et liberam dispositionem cuiuscumque Canonicatus et prebende huiusmodi sic (ut premittitur)
primo et proximo vacatur pro hac vice tantum/ Ita quod bene liceat et licebit prefato Reverendissimo
Patri vel eius assignatis ad libitum suum auctoritate presentium quamcumque personam idoneam ad dictum Canonica-
tum et prebendam semel dumtaxat et non ultra cum primo et proximo vacare contigerint nominare
et presentare ac literas nominationis et presentationis de eisdem Canonicatu et prebenda (ut prefertur)
primo et proximo vacatur cuicumque personae idoneae facere et concedere/ Ac omnia alia et singula
agere exercere et perimplere que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet
oportuna adeo plene libere et integre prout egomet facerem et perimplerem si hec presens mea
Concessio facta non fuisset/ Ita quod pro prima et proxima vice tantum non liceat neque licebit
mihi dictos Canonicatum et prebendam sic (ut premittitur) primo et proximo vacatur alicui alio
personae conferre quam illi seu personae sic per dictum Reverendissimum Patrem vel eius deputa-
tum mei nominande et presentande/ **In cuius** rei Testimonium Sigillum meum presentibus est
appositum Dat Londini decimo septimo die mensis Augusti Anno Dni Millesimo quingen-
tesimo quinquagesimo septimo/ Et Consecrationis mee Anno primo

---

Bulla provisionis Epi Cicestren

Paulus Epus Servus Servorum Dei **dilecto** filio Iohi Christoferson electo
Cicestren Salutem et aplicam Ben/ **Apostolatus** Officium nobis meritis licet imparibus
ex alto commissum quo ecclesiarum omnium Regimini divina Dispositione presidemus utiliter exe-
qui coadiuvante Dno cupientes solliciti corde reddimur et solerter/ Vt cum de ecclesiarum ipsarum
Regiminibus agitur committendis tales eis in Pastores preficere studeamus qui Populum sue
Cure creditum sciant non solum doctrina verbi sed etiam exemplo boni operis informare et
commissasque sibi ecclias velint et valeant auctore Dno salubriter regere et feliciter gubernare
Dudum siquidem Provisiones ecclesiarum omnium tunc vacantium et in antea vacaturarum Ordi-
nationi et dispositioni nostre reservavimus decernentes extunc irritum et inane si secus super
hiis per quoscumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari/ Postmo-
dum vero ecclia Cicestren Cui bone memorie Georgius Epus Cicestren dum viveret presidebat
per obitum eiusdem Georgii Epi qui extra Romanam Curiam debitum nature persolvit Pastoris
solatio destituta Nos vacatione huiusmodi fidedignis relatibus intellecta ad Provisionem
eiusdem ecclie celerem et felicem (de qua nullus preter nos hac vice se intromittere potuit
seu potest reservatione et decreto obsistentibus supradictis) ne ecclia ipsa longe vacatio-
nis exponatur incommodis paternis et sollicitis studiis intendentes post deliberationem quam
de preficiendo eidem ecclie personam utilem et etiam fructuosam cum fratribus nostris habuimus
diligenter demum ad te Baccalaureum in Theologia de legitimo matrimonio procreatum et in
Presbyteratus ordine atque etate legitima constitutum Cum Charissima in Xpo filia nostra Maria
Anglie Francie Regina Illustris nobis per suas literas commendavit et cui apud nos de
vite munditia honestate morum spiritualium providentia et temporalium Circumspectione
aliisque probitatis et virtutum donis fidedigna testimonia perhibentur direximus oculos
nostros/ Quibus omnibus debita meditatione pensatis de persona tua nobis et
eisdem fratribus ob tuorum exigentiam meritorum accepta eidem ecclie de ipsorum fratrum
Consilio auctoritate aplica providemus teque illi in Epum preficimus et Pastorem/ Curam et

Administracionem ipsius ecclie tibi in spualibus et temporalibus plenarie committendo in illo qui
dat gras et largitur premia Confidentes Ut dirigente dno actus tuos, prefata
ecclia per tue diligentie laudabile studium regetur utiliter et prospere dirigetur ac grata
in eisdem spualibus et temporalibus suscipiet incrementa, Jugum igitur dni tuis impositum
humeris prompta devocone suscipiens curam et administracionem predictas sic exercere
studeas sollicite fideliter et prudenter, ut ecclia ipsa gubernatori provido et fructuoso admini-
stratori gaudeat se commissam, Tuque preter eterne retributionis premium, nre et aplice sedis
benediccionem et graciam exinde uberius consequi merearis, Datum Rome apud Sanctum Pe-
trum Anno incarnacois dnice Millimo quingentmo quinquagesimo Septimo, Non May pon-
tificatus nri Anno Secundo /

Bulla absolucois Epi Cicestren /

Paulus epus Servus Servorum dei **dilecto** filio Rogero Christofersen Pbro /
Cicestren Baccalaureo in Theologia Salutem et aplicam Ben / **Apostolice** Sedis consueta
Clementia ne dispositiones p eam de cathedralibus ecclijs pro tempore facte valeant quomodolibet
impugnari, Eis personis ad eas promovendis ut illis puro corde et sincera conscientia presidere
possint remedia prout convenit adhibet oportuna. **Cum** itaq nos hodie ecclie Cicestren
ad huc certo modo pastoris solatio destitute de persona tua nobis et fratribus nris ob tuorum
exigentiam meritorum accepta de ipsorum fratrum consilio aplica auctore providere, Teq illi in
Epm et pastorem preficere intendamus, Nos ne si forsan aliquibus sententijs censuris et
penis ecclesiasticis ligatus sis provisio et prefectio predict valeat propterea quomodolibet impug-
nari providere volentes Te a quibusvis excoicationis suspensionis et interdicti alijsq ecclesiasticis
sententijs censuris et penis a iure vel ab homine quavis occasione vel causa latis si quibus
quomodolibet innodatus existis, ad hoc dumtaxat ut provisio et prefectio predict necnon singule
tue aplice desuper conficiende litere sortiantur effectum dicta auctore aplica tenore presentium absolvimus
et absolutum fore nunciamus, Non obstantibus Constitucoibus et Ordinationibus aplicis ac dicte
ecclie, Juramento Confirmatione aplica vel quavis firmitate alia roboratis Statutis et Consue-
tudinibus, Ceterisq contrarijs quibuscumq, nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam
nre absolucois et nunciacois infringere vel ei ausu temerario contraire, Si quis autem hoc
attemptare presumpserit Indignationem omnipotentis dei ac Beatorum Petri et Pauli Aposto-
lorum eius se noverit incursurum, Dat Rome apud Sanctum Petrum Anno incarnacois
dnice Millimo quingentmo quinquagesimo Septimo Non May Pontificatus nri Anno
Secundo

Consensus Capli Cantuarien ut electus Cicestren valeat consecrari extra eccle-
siam Xpi Cantuarien

Reverendissimo in xpo pri et dno dno **Reginaldo** miseratione divina tituli Sancte
Marie in Cosmedin Sancte Romane ecclie Pbro Cardinali Polo Cantuarien Archiepo to-
tius Anglie primati et aplice Sedis legato nato **Vri** humiles et devoti filij Nicholaus
Wotton utriusq iuris doctor decanus ecclie cathedralis et metropolitice Xpi Cantuarien et
eiusdem ecclie Capitulum omnimodam reverentiam et obediam tanto reverendissimo pri debit cum honore
Licet gloriosus Martir Sanctus Thomas qui pro iure et libertate vre Cantuarien
ecclie glorioso meruit martirio coronari Et preterea Beatissimus Edmundus Confessor prede-
cessores vri favore benevolo indulserint, provideq statuerint Consecrationes quorumlibet
Eporum suffraganeorum ecclie vre memorate in eadem sancta Cantuarien ecclia et non alibi
presentialiter celebrari debere, nisi de coi consensu totius Capli Cantuarien gratiose fuerit obtentum
Ut aliquis alibi quam in eadem Sancta ecclia vra predicta valeat consecrari seu benedici Sitq
id ipum ecclie vre per Sedem aplicam privilegialiter indultum Necnon de antiqua laudabili
approbataq consuetudine hactenus habitum obtentum observatum et usitatum **Ut tamen**
venerabilis vir magr Roger Christoferson sacre Theologie Bacchus in Epum et pastorem ecclie
cathedralis Cicestren electus et confirmatus in quocumq Oratorio vel Capella vro arbitrio eligend
assignand et deputand extra ecclesiam vram Cantuarien predictam consecrari et benedici valeat
et possit quantum in nobis est circa ad hoc tenore presentium damus consensum pariter et assensum
Recepto primitus ab eodem electo sufficienti Cautione Ad quod Vra seu licentia vra
specialis sibi in hac parte facta seu facienda nobis vel ecclie vre in nullo cedat preiudicium
in futurum Reservata nobis Capa decenti qualem quilibet suffraganeus ecclie vre ratione
professionis sue eidem ecclie de iure et antiqua consuetudine solvere debeat, Ratum habi-
turi et gratum quicquid per vram reverendissimam paternitatem aut alium quemcumq a
vobis ad id deputandum actum gestum et expeditum fuerit in premissis Juribus, Ceteris privi-
legijs, libertatibus et Consuetudinibus ecclie vre predictis in oibus semper salvis **In**

Cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum / Dat' in domo nostra Capitulari Decimo quinto die Mensis Septembris Anno domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo Septimo /

Commissio ad consecrand' dominum Johannem Christoferson in Episcopum Cicestren' /

Reginaldus miseratione divina tituli Sancte Marie in Cosmedin Sancte Romane ecclesie presbiter Cardinalis Polus Cantuarien' Archiepiscopus totius Anglie Primas et apostolice Sedis legatus natus **Venerabili** Confratri nostro domino Edmundo London' Episcopo Salutem et fraternam in domino Charitatem / **Ad** Consecrandum et benedicendum in forma ecclesie consueta predilectum nobis in Christo filium dominum Johannem Christoferson sacre Theologie professorem in Episcopum et pastorem ecclesie Cathedralis Cicestren' nostre Cantuarien' Provincie canonice electum et auctoritate Sedis apostolice approbatum in qualibet ecclesia Capella sive Oratorio decenti divino Cultui disposito et ornato infra Provinciam nostram Cantuarien' ubilibet constitut' die dominica proxime futura viz vicesimo primo die presentis mensis Novembris (dum tamen ad hoc dilectorum filiorum nostrorum decani et Capituli ecclesie nostre metropolitice Christi Cantuarien' in hac parte iuxta antiquam eiusdem ecclesie Consuetudinem interveniat et accesserit assensus et consensus) Accitis et vobis assistentibus in huiusmodi sacre Consecrationis munere duobus aliis Episcopis catholicis officij sui pontificalis executionem obtinentibus in numero ad hoc requisito Recepto primitus ab eodem consecrando tactis per eum sacrosanctis dei Evangelijs Sanctissimo domino nostro pape Juramento secundum formam in Bulla expressam / Necnon Juramento obedientie nobis et Successoribus nostris Cantuarien' Archiepiscopis debito et prestari solito sub modo et forma in Schedula presentibus annexa specificatis Quas manu propria ipsius Consecrandi in Registrum nostrum principale et testimonium earundem subscriptas nobis debite transmitti volumus **Ceteraque** omnia et singula alia faciendum exercendum et expediendum que secundum sacros Canones in hac parte necessaria fuerint seu quomodolibet requisita fraternitati vestre tenore presentium committimus vices nostras et plenam in domino concedimus facultatem Juribus Ordinationibus et Consuetudinibus ecclesie nostre Christi Cantuarien' memorate in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque **Dat'** apud Sanctum Jacobum prope Westmonasterium London' die vero decimo septimo die mensis Novembris Anno domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo Septimo Et nostre Consecrationis Anno secundo /

Professio Episcopi Cicestren' facta Reverendissimo &c'

In dei nomine Amen Ego Johannes Christoferson sacre Theologie professor ecclesie Cathedralis Cicestren' electus et a vobis reverendo in Christo patre et domino domino Edmundo permissione divina London' Episcopo vice et auctoritate Reverendissimi in Christo patris et domini domini Reginaldi miseratione divina tituli Sancte Marie in Cosmedin Sancte Romane ecclesie presbiteri Cardinalis Poli Cantuarien' Archiepiscopi totius Anglie Primatis et apostolice Sedis legati nati eiusdem ecclesie Cathedralis Cicestren' consecrandus Antistes eidem Reverendissimo patri et Successoribus suis Cantuarien' Archiepiscopis in sancta Cantuarien' ecclesia canonice instituendis et eidem sancte Cantuarien' ecclesie debitam et canonicam obedientiam Reverentiam et Subiectionem me per omnia exhibiturum Juro profiteor et promitto secundum decreta Romanorum pontificum dictique Reverendissimi patris domini Archiepiscopi Cantuarien' et Successorum suorum ac predicte Cantuarien' ecclesie Jurium adiutor ero ad defendendum et conservandum salvo ordine meo Sic me deus adiuvet et hec Sancta dei Evangelia / Et predicta omnia et singula confirmando manu mea propria subscribo /

Consecratio domini Johannis Christoferson Episcopi Cicestren'

Die dominica viz vicesimo primo die Mensis Novembris Anno domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo Septimo / indictione prima pontificatusque Sanctissimi domini nostri pape Pauli quarti Anno tertio in quadam Capella reverendi patris domini Edmundi London' Episcopi infra palatium suum London' sit' et scituat' dictus Reverendus dominus London' Episcopus assistentibus sibi Reverendis patribus dominis Thoma Elien' et Mauricio Roffen' respective Episcopis auctoritate Bulle dicti Sanctissimi domini nostri pape Reverendo patri domino Johanni Christoferson in Episcopum Cicestren' electo facte et inscripte tunc ibidem palam producte Ac per magistrum Robertum Johnson Notarium publicum de mandato domini London' Episcopi publice lecte Necnon vigore et auctoritate literarum commissionalium Reverendissimi in Christo patris et domini domini Reginaldi miseratione divina tituli Sancte Marie in Cosmedin Sancte Romane ecclesie presbiteri Cardinalis Poli Cantuarien' Archiepiscopi totius Anglie Primatis et apostolice Sedis legati nati Sigillo suo Archiepiscopali munitarum eidem domino London' Episcopo in hac parte facte et directe munus Consecrationis et benedictionis eidem Reverendo patri Cicestren' Episcopo adhibitis suffragijs et alijs Ceremonijs solitis et consuetis iuxta morem et ritum Sancte Romane ecclesie in huiusmodi Consecrationibus

visitatis imminebat Prestito primitus per eundem Reverendum patrem Juramento in eadem Bulla apostolica
descripto necnon Sacramento de fidelitate Reverentia obedientia et Subiectione prefato Reverendis-
simo domino Archiepiscopo Cantuariensi et Successoribus suis ac Sancte Cantuariensis ecclesie metro-
politice in omnibus et per omnia exhibendis. Acta in presentia magistri Anthonij Huse Notarij publici
dicti Reverendissimi domini Archiepiscopi Cantuariensis Registrarij Primarij presentibus tunc et ibidem Reverendo
patre domino Gilberto Menevensi episcopo, Willelmo Cordall magistro Rotulorum, magistro Henrico Cole legum
Doctore Decano ecclesie cathedralis divi pauli London, dicti Reverendissimi domini Archiepiscopi Cancellario
Magistro Roberto Johnson et Johanne Incent notarijs publicis et multis alijs testibus etc.

Mandatum pro liberatione spiritualitatis Episcopatus Cicestrensis

Reginaldus miseratione divina tituli Sancte Marie in Cosmedin Sancte Romane
ecclesie presbiter Cardinalis Polus Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie Primas et apostolice
Sedis legatus natus, **dilecto** nobis in Christo filio magistro Edo Bysley legum doctori nostro in
Civitate et Diocesi Cicestrensi Ecclesia Cathedrali ibidem dudum vacante Commissario sive Vicario in
spiritualibus generali Salutem graciam et benedictionem. **Cum** Sanctissimus in Christo pater et dominus
noster dominus Paulus divina providentia eius nominis papa quartus venerabilem fratrem nostrum dominum Johannem
Christoferson sacre Theologie Baccalaureum ad Ecclesiam cathedralem Cicestrensem per mortem naturalem bone
memorie domini Georgij Dey ultimi episcopi et pastoris eiusdem ecclesie vacantem providerit, Ipsumque eidem
ecclesie prefecerit in Episcopum et pastorem quem nos in forma ecclesie consueta consecravimus et adhi-
bitis Ceremonijs et suffragijs debitis benediximus. Tibi igitur committimus et mandamus quatenus
Receptis presentibus literis nostris omnia et singula Acta, Registra et munimenta spirituali-
tatem Civitatis et Diocesis predictarum concernentia et ad Episcopum Cicestrensem pertinentia in manibus tuis
existentia eidem domino Johanni aut suis ministris seu deputatis plenarie et integre liberes seu
liberari facias. Salvis nobis Regijs Actis et Actitatis coram et penes te durante vacatione
predicta expeditis que ad nos et Registrarium nostrum principalem integraliter transmitti volumus
et mandamus. Eundemque dominum Johannem ac suos Officiarios et ministros in spiritualibus dictarum Civitatis
et Diocesis libere administrare et de eisdem disponere permittas. Reservatis nobis et ministris
nostris potestate corrigendi, puniendi et reformandi Crimina, defectus et excessus quorumcumque subditorum
dictarum Civitatis et Diocesis nuper in visitatione nostra ibidem actualiter exercita comperta necnon levandi
et colligendi [illegible] novis et antiquis nostris, Procurationibus questibus ac omnia et singula alia emolumenta
quoad nos Ratione vacationis Ecclesie Cathedralis predicte pertinent seu pertinere poterunt de Con-
suetudine vel de Jure Juribus nostris Archiepiscopalibus Consuetudinibus dignitate et Pre-
rogativa nostris ac ecclesie nostre metropolitice Christi Cantuariensis in omnibus semper salvis. **In** cu-
ius Rei testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus. Datum in Manerio nostro de Lambehith
Wintoniensis Diocesis xxijo die Mensis Novembris Anno domini Millesimo quingentesimo quinqua-
gesimo Septimo, Et nostre Consecrationis Anno Secundo.

Advocatio unius prebende in ecclesia Cicestrensi concessa Reverendissimo etc.

Omnibus Christi fidelibus Ad quos presentes litere pervenerint Johannes permissione divina
Cicestrensis Episcopus Salutem in domino sempiternam. **Cum** tam de antiqua laudabili longevaque
et hactenus prescripta Consuetudine hactenus inconcusse usitata et observata, quam etiam de singu-
lari Prerogativa ecclesie metropolitice Christi Cantuariensis fuerit et sit usitatum et observatum, Quod
Archiepiscopus Cantuariensis pro tempore existens cuilibet suffraganeorum in Episcopum alicuius
ecclesie cathedralis sue Cantuariensis provincie electo statim post Confirmationem unum clericum
idoneum nominare et presentare possit, Cui idem electus confirmatus tenebitur quam primum
facultatem se obtulerit in sua ecclesia cathedrali (si secularis fuerit) de Canonicatu et Prebenda
si vero Regularis de alio competenti Beneficio providere, ac interim dictum Clericum
ad Canonicatum et Prebendam seu Beneficium huiusmodi promovendum acceptare et admittere
necnon sibi pensionem annuam quinque librarum monete Anglie constituere tantisper
solvendam et inpendendam quousque eidem Clerico de Canonicatu et Prebenda vel de alio
competenti Beneficio huiusmodi sufficienter fuerit Cautum et provisum. **Sciatis** me Johannem
Episcopum Cicestrensem addictum Juribus libertatibus Consuetudinibus et Prerogativis ecclesie metropolitice
Christi Cantuariensis pro posse meo adimplere volentem dedisse, concessisse, et hoc presenti scripto
meo confirmasse Reverendissimo in Christo patri et domino domino Reginaldo miseratione divina
tituli Sancte Marie in Cosmedin Sancte Romane ecclesie presbitero Cardinali Polo Cantuariensi
Archiepiscopo totius Anglie Primati et apostolice Sedis legato nato, Consecratori meo pri-
mo et precipuo Advocationem, nominationem et liberam dispositionem cuiuscumque Canonicatus et
prebende in ecclesia mea cathedrali Cicestrensi meorum Patronatus et Collationis cum illum per mortem

resignationem, cessionem, dimissionem vel permutationem aut alio quovis modo proxime vacare contigerit, Habendam et tenendam sibi et assignatis suis dictam advocationem, nominationem et liberam dispositionem cuiuscumque canonicatus et prebende (quod sic vel premittitur) primo et proxime vacature pro unica vice tantum. Ita tamen quod bene liceat et licebit predicto reverendissimo patri vel suis assignatis ad libitum suum dictis [illegible] quamcumque personam idoneam ad dictum canonicatum et prebendam semel duntaxat et non ultra cum primo et proxime vacare contigerit nominare et presentare, ac huiusmodi nominationem seu presentationem de eisdem canonicatu et prebenda (vel preferentur) primo et proxime vacaturis cuicumque persone idonee facere et concedere ac omnia alia et singula agere, exercere et perimplere que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna adeo plene libere et integre prout egomet facerem et perimplerem si hec presens mea concessio facta non fuisset. Ita tamen quod pro prima et proxima vice tantum non liceat neque licebit mihi dictos canonicatum et prebendam sic (vel premittitur) primo et proxime vacaturos alicui alie persone conferre quam illi sive persone sic per dictum reverendissimum patrem vel suos deputatos mihi nominande et presentande. In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Datum Londini vicesimo secundo die mensis Novembris Anno domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo septimo, et consecrationis mee Anno primo.

Presentatio ad prebendam de Ertham in ecclesia Cicestrensi

Reginaldus miseratione divina tituli Sancte Marie in Cosmedin Sancte Romane ecclesie presbiter Cardinalis Polus Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie Primas et apostolice sedis legatus natus, **Venerabili** confratri nostro domino Johanni eadem permissione Cicestrensi episcopo eiusque vicario in spiritualibus generali aut alii cuicumque potestatem et auctoritatem sufficientem in hac parte habenti salutem et fraternam in domino charitatem. **Cum** vos confrater audivit per literas vestras patentes sigillo vestro episcopali munitas gerentes datas Westmonasterii secundo die mensis Novembris Anno domini 1557 iuxta et secundum antiquam laudabilem et licitam ac [illegible] consuetudinem hactenus inconcusse [illegible] observatam ac singularem prerogativam ecclesie nostre metropolitice Christi Cantuariensis infinitis consecrationibus vestris nobis impositis dederitis et concesseritis nobis Reginaldo Archiepiscopo antedicto primam et proximam advocationem, nominationem et liberam dispositionem cuiuscumque canonicatus et prebende in ecclesia vestra cathedrali Cicestrensi ad vestram patronatus et collationis cum illud per mortem resignationem cessionem dimissionem vel permutationem aut alio quovis modo post datam scripti vestri advocationis predicti vacare contigerit, **Habendam** et tenendam nobis et assignatis nostris dictam advocationem nominationem et liberam dispositionem cuiuscumque canonicatus et prebende (quod sic vel premittitur) primo et proxime vacature pro unica vice tantum prout per scriptum vestrum advocationis predicte (ad quod habeatur relatio) plenius liquet et apparet. **Cumque** sicut accepimus canonicatus et prebenda de Ertham in ecclesia vestra cathedrali Cicestrensi predicti quos Rolandus Swynbourne nuper habuit sint primi et proxime post dictam consecrationem vestram vacantes, Nos iure nostro in hac parte utentes, **ad** eosdem canonicatum et prebendam de Ertham sic vacantes et ad nostram presentationem nominationem quibus supra hac vice spectantes, **dilectum** nobis in Christo Thomam Ffyer scholarem in legibus Bacchalarium fraternitati vestre tenore presentium nominamus et presentamus, rogantes et requirentes quatenus eundem Thomam Ffyer ad dictos canonicatum et prebendam admittere, ipsumque canonicum et prebendarium cum iuribus et pertinentiis suis universis instituere canonice et investire, **ceteraque** peragere et perimplere que vestro in hac parte incumbunt officio pastorali digneminis caritatis intuitu ac gratie et favoris benevolis. **In cuius** rei testimonium sigillum nostrum presentibus apponi fecimus. Datum in Manerio nostro de Lambhith [illegible] decimo die mensis Decembris, Anno domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo septimo, et nostre consecrationis Anno secundo.

Paulus pp quartus

Indultum de non visitando limina apostolorum ad sex annos

Universis et singulis venerabilibus fratribus Archiepiscopis et Episcopis in toto Regno Anglie constitutis salutem et apostolicam benedictionem. **Cum** (sicut accepimus) vobis qui in prestatione iuramenti fidelitatis per Episcopos et Archiepiscopos in tota Republica Christiana constitutos ecclesie Romane et pro tempore existenti Romano Pontifici in eorum promotione prestari soliti et per vos veluti obedientie filios prestiti inter cetera visitatis limina beatorum apostolorum Petri et Pauli de Urbe singulis bienniis aut certo alio tempore personaliter visitare aut per alium visitari facere admodum difficile reddatur, iuramentum vestrum adimplere quod vobis maris transitu [illegible] et diversa viarum discrimina subeunda sint, et si visitationem huiusmodi aliquibus omittatis, continuo [illegible] ne illius commissione [illegible] diffidentibus periurii reatum incurratis, **Nos** tam serenitati conscientie quam etiam commodo corporis vestri consulere volentes, vestris in hac parte supplicationibus inclinati, vobis et vestrum singulis ut hinc ad sex annos a data presentium computandos limina huiusmodi personaliter visitare aut per alium visitari facere minime teneamini nec ad id a quoquam quavis auctoritate cogi possitis neque ob id propterea vestram quomodolibet inquietari turbari quoquo modo incurratis aut super inde molestari quovis apostolica auctoritate per presentes de speciali gratia concedimus et indulgemus Non obstantibus premissis ac Constitutionibus et Ordinationibus apostolicis Necnon metropolitanis et aliarum cathedralium ecclesiarum ipsius Regni etiam iuramento Confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis Statutis / Consuetudinibus ac iuramento per vos et eorum quemlibet (ut prefertur) prestitis (quod vobis ad effectum premissorum duntaxat relaxamus) ceterisque contrariis quibuscumque Datum Rome apud Sanctum Marcum sub Anulo piscatoris Die prima Iulii Millesimo quingentesimo quinquagesimo quinto Pontificatus nostri Anno Primo /

Concessio Iuris patronat' Beneficiorum fact' Dno Cardinali Polo

Philippus et Maria dei gracia Rex et Regina Anglie Hispaniarum Francie utriusque Sicilie Ierusalem et Hibernie fidei defensores Archiduces Austrie Duces Burgundie Mediolani et Brabantie Comites Haspurgi Flandrie et Tirolis **Omnibus** ad quos presentes littere nostre pervenerint Salutem. **Cum** in parliamento inchoato et tento apud Westmonasterium vicesimo primo die Octobris Annis regnorum nostrorum Secundo et tertio inter alia inactitatum existat quod diverse et nonnulle rectorie et beneficia impropriata terre glebales decime oblationes pentiones portiones proficua et emolumenta ecclesiastica et spiritualia que a vicesimo Anno Regni nuper Regis Henrici Octavi patris nostri prefate Regine ad manus et possessionem eiusdem nuper Regis et similiter a morte ipsius nuper Regis ad manus nuper Regis Edwardi Sexti fratris nostri prefate Regine et postea ad manus et possessionem nostras ut in iure corone dicte Regine de statu hereditario devenerunt disponerentur ordinarentur applicarentur et convertentur per reverendissimum in Christo patrem Reginaldum Polum Cardinalem et ad tunc de latere legatum sanctissimi domini nostri Pape et sedis apostolice et nunc Cantuarien Archiepiscopum ac primatem et metropolitanum Anglie ad augmentationem et incrementum vitarum incumbentium predictarum vel aliorum Curarum et beneficiorum indigentium vel aliter in predicatorum sustentationem aut scholarium exhibitionem infra regnum nostrum Anglie et dominia eiusdem prout eiusdem domini Cardinalis sapientie omnimodo imbute discretioni sue commodissimum videbitur maxime oportunum prout per eundem Actum plenius apparet. Quorum quidem beneficiorum et rectoriarum impropriatarum patronatus vicariarum in manibus et possessione nostris in iure corone prefate Regine ut de statu hereditario iam existunt **Cumque** etiam nobis datum intelligi quod permulte predictarum vicariarum ad presens sunt vacue et de Curatore omnino indigent infra universas huius regni nostri dioceses partim ratione mortis incumbentium earundem vicariarum nuper morientium, ac precipue pro eo quod redditus et reventiones earundem vicariarum adeo tenues et angust sunt quod non sufficiant ad habiles et eruditos Curatores ibidem alendos et sustentandos per cuius defectum ea deventum est quod populus et plebs noster huius regni nostri Anglie in sincera et Catholica doctrina atque religione minime erudiantur, nec sacramenta neque sacramentalia congruenter eisdem administrentur non sine summa omnipotentis dei ira et indignatione ac animarum multorum christianorum maximo periculo atque discrimine, Quorum quidem omnium onus et cura ad ordinarium cuiusque diocesis potissimum et proprie spectant Cui si omnium et singulorum beneficiorum patronatus infra fines sue diocesis existentium distributio committeretur tanto magis obligaretur ad habiles et idoneas personas in et super omnibus et singulis vicariis et beneficiis predictis providendas et collocandas **Nos igitur** cupientes de hac onere nos penitus exonerare ac in consideratione summe Septem mille librarum legalis monete Anglie quam dictus Reverendissimus in Christo pater dominus Cardinalis Polus unanimi consensu reliquorum prelatorum huius Regni nostri Anglie de redditibus reventionibus et commoditatibus predictorum beneficiorum sua sponte gratissime non rogatus, sed ex mera et spontanea sua voluntate nobis obtulit et ad manus nostras proprias dicte Regine deliberavit ad sustentationem et meliorem supportationem grandium onerum per nos in defensione regni nostri predicti ac dominiorum subditorumque nostrorum eiusdem regni ante hac necessario sustentatorum in quorum quidem Cardinalis et reliquorum prelatorum gratitudinis et benevolentie consideratione absque aliquali eorum in hac parte petitione seu intercessione sed maxime in conscientie nostre oneris exonerationem statutum et decretum est nobis concedere cuilibet Archiepiscopo et Episcopo infra predictum regnum nostrum Anglie omnes et singulos nostros patronatus rectoriarum vicariarum predictarum rectoriarum impropriatarum infra dioceses suas proprias existentium / Et pro pleniori declaratione voluntatis nostre in hac parte et pro meliori

securitate et

Terminitat et assurantia predictorum patronatuum pdict vicariarum Rectoriarum et Promotionum spualium
infra Diocesi pdict Reverendissimi in xpo patris dni Cardinalis Poli Cantuarien Archiepi. / Re
Sciatis qd nos pfat Rex et Regina tam pro specialibus consideracionibus supradictis qm pro
diversis aliis racionabilibus causis et consideracionibus nos ad presens spialr moven de gra nra spiali
ac ex certa scientia et mero motu nris dedimus et concessimus ac per psentes pro nobis heredibus
et Successoribus nrum pfate regine damus et concedimus pfato reverendissimo pri Cardinali
Polo Cantuarien Archiepo, omnia illa nra pronatus advocacoes donacones liberas disposiciones
et Jura patronatuum vicariorum Rectoriarum et ecclesiarum maneriorum de Hernehill Folkeston, Re
Reynham, Bredgar, Gellinge, Merden, Graveney, Sittingborne, Lydde Tilmanston,
Kennyngton, Maydeston, Tonnyngton, Godneston, Asshe, Whitestable Leede
et Salmiston, inn Deane cum eorum iuribus et pertinenciis universis in Comitatu nro
Cant ac infra dictam diocesem Cantuariensis **Adeo** plene libere et integre ac in tam amplis modo
et forma prout nos aut aliquis pater vel frater nrum prefate regine a dco anno vicesimo Regni
dni nuper regis Henrici Octavi patris nrum pfate regine eadem pronatus advocacoes donacoes
libas disposicoes et iura patronatuum unquam habuimus tenuimus vel gavisi fuimus, habuer
tenuer vel gavisi fuerunt seu habere tenere vel gaudere debuimus aut debuerunt **Et adeo**
plene libere et integre ac in tam amplis modo et forma prout ea omnia cum pertinenciis ad
manus et possessionem nras seu ad manus et possessionem pdictorum pris et fris nrum pfate
regine Henrici pfator et Edwardi Sexti, seu ad manus et possessionem eorum alterius a re
dco Anno vicesimo regni regis Henrici Octavi pris nrum dce regine devener seu devenire
debuer ac in manibus et possessionem nris iam existunt, seu existere debent vel deberent racone
vel pretextu alicuius actus parliamenti seu aliquorum actuum parliamentorum seu quocumque
alio legali modo iure vel titulo. **Habendum tenendum et gaudendum** omnia
et singula pdict pronat advocacoes donationes liberas dispositiones et iura pronatuum re
vicariarum rectoriarum et ecclesiarum pdictorum cum eorum pertinenciis univsis pfato Reverendissimo
in xpo pri Cardinali Polo Cantuarien Archiepo et Successoribus suis Cantuarien
Archiepis imperpetuum **Tenend** de nobis heredibus et successoribus nrum pfate regine in
liberam puram et perpetuam elemosinam pro omnibus serviciis et demandis quibuscumque **Eo qd**
expressa mentio de vero valore annuo aut sint certitudine premissorum sive eorum alicuius aut de aliis donis
sive concessionibus per nos seu per aliquem progenitorum nrorum pfate regine, prefat reverendissimo
in xpo pri Cardinali Polo Cantuarien Archiepo ante hec tempora fact in presentibus minime fact existit Aut aliquo statuto actu ordinatione provisione sive restrictione inde incontrarium fact edit ordinat seu proviso aut aliqua alia re causa vel materia quacumque in
aliquo non obstante **In Cuius rei** testimonium has lras nras fieri fecimus patentes
Testibus nobis ipis apud Westmonasterium quinto die Novembris Annis regnorum
nrorum quinto et sexto. per breve de privato sigillo. Kempe.

Hic inferius registrantur Commissiones diversæ emanatæ tempore Reverendissimi in xpo pris dni Reginaldi Cardinalis poli Cantuarien Archiepi totius Angliæ primatis, et Aplicæ sedis legati nati./

Comissio Vicarij in spiritualibus generalis

Reginaldus miseratione divina tituli Sancte Marie in Cosmedin Sancte Romane ecclesie presbiter Cardinalis Polus nuncupatus Cantuarien Archiepiscopus totius Anglie primas et aplice Sedis legatus natus Necnon ad serenissimos in xpo principes Philippum et Mariam Anglie francie et Hibernie Reges et universa Anglie et Hibernie Regna Sanctissimi dni nri Pape et eiusdem aplice Sedis etiam de latere legatus / **dilecto** nobis in xpo filio magistro David Pole legum doctori Archino Darbie Salutem graciam et ben / **Ad** cognoscendum et procedendum in omnibus et singulis Causis (etiam Hereticæ pravitatis) et negociis ecclesiasticis in quibuscunque Curiis nris (que de legatione nra suprema de latere non existunt) tam ex Officio mero, mixto vel promoto quam ad quarumcunque Partium instantias vel promotiones motis et movendis aut ad ipsas Curias nras devolutis vel devolvendis ac de iure vel Consuetudine in eisdem de more tractandis et ventilandis, ipsasque et ipsa discutiendum decidendum et fine debito terminandum / Criminaque delicta et excessus quorumcunque Subditorum tam infra dioc quam Provinciam nram Cantuarien degentium et delinquentium (quorum Correctio Castigatio et punitio ad nos et forum ecclesiasticum pertinere dinoscuntur) debite corrigendum castigandum et reformandum Ac penas salutares eis pro commissis huiusmodi iniungendum Necnon quoscunque nobis Subditos quos ab Officiis vel Beneficiis ecclesiasticis de iure noveris amovendos huiusmodi amovendum ac per Sententias diffinitivas privandum et destituendum / Necnon quoscunque Clericos ad quecunque Beneficia tam infra dioc nram Cantuarien et peculiares Iurisdictiones nras et ecclie nre xpi Cantuarien Iurisdictionis immediate quam etiam alibi infra quascunque dioc nre Cantuarien Provincie (quum et quotiens easdem dioc Pastorum solatiis destitutas fore et vacuas debere contigerit) sita et existentia, ad Patronorum eorundem Beneficiorum Presentationes examinandum admittendum et instituendum, Curamque et Regimen animarum Parrochianorum eorundem ei vel eis quem vel quos idoneos reppereris (super quo tuam Conscientiam coram altissimo oneramus) committendum, Ipsosque sic per te instituendos et investiendos in realem actualem et corporalem Possessionem eorundem induci et investiri pro more cuiuslibet dioc mandandum / Necnon omnia alia et singula faciendum exercendum et expediendum que circa Premissa et alia de iure vel Consuetudine in dioc et Provincia nris Cantuarien ab antiquo per Predecessores nros Cantuarien Archiepos fieri et exequi consueta fuerint et que necessaria fuerint et exequi quomodolibet possunt Tibi (de cuius fidelitate Circumspectionis industria literarum tam legalium quam sacrarum scientia ac rerum feliciter gerendarum dexteritate plurimum in dno confidimus) vices nras committimus cum potestate quascunque Censuras ecclesiasticas rite et canonice fulminandi Teque Commissarium nrm generalem et Officialem principalem et Vicarium nrm in spiritualibus una cum omnibus et singulis feodis, proficuis et emolumentis eisdem Officiis et eorum cuilibet spectantibus et ab antiquo pertinere debentibus ordinamus preficimus et constituimus presentibus ad nrm Beneplacitum duntaxat duraturis / **In cuius** rei testimonium Sigillum nrm ad facultates presentibus apponi mandavimus / Dat in Manerio nro de Lambehith Winton dioc vicesimo septimo die Mensis Marcij Anno dni Millesimo quingentesimo quinquagesimo Sexto Et nre Consecr Anno Primo /

Comissio Officialis Curie Cantuarien

Reginaldus etc dilecto nobis in xpo filio magistro David Pole legum doctori Salutem graciam et ben / **Ad** rescribendum in forma iuris ad quascunque Appellationes ad Curiam nram Cantuarien interpositas et interponendas, et ad quascunque Querelas eidem Curie huiusmodi et de Consuetudine faciendum / Necnon ad cognoscendum et procedendum in o in huiusmodi Appellationum et querelarum Necnon et tuitorie Appellationum negotiis quibuscumque ac in Causis et negotiis omnibus et singulis in ipsa Curia nostra qualitercumque motis indecisis pendentibus seu tractandis vel imposterum introducendis et agitandis in eadem, Partibusque quibuscumque super hiis plenam Iustitiam iuxta Iuris exigentiam exhibendum et ministrandum, Ac etiam ad rescribendum in forma Iuris ad querelas Appellationum a decano nostro ecclesie beate marie de Arcubus london ad Curiam Audientie interpositas et interponendas et ad audiendum Causas Appellationum huiusmodi easque et ea omnia et singula decidendum et fine debito terminandum prout de Iure et Consuetudine dicte Curie nostre Cant fuerit faciendum, Omniaque alia et singula faciendum exercendum et expediendum que ad huiusmodi Officialitatis Officium de Iure vel Consuetudine pertinere dinoscuntur et que necessaria vel oportuna fuerint in premissis et circa ea, etiamsi mandatum exigant speciale, Tibi de cuius fidelitate et circumspectionis industria in hac parte plurimum confidimus vices nostras committimus cum potestate quascumque Censuras ecclesiasticas canonice fulminandi, Teque Officialem Curie nostre Cantuarien predict ordinamus deputamus et preficimus per presentes ad nostrum beneplacitum tantummodo duraturum, In cuius rei testimonium Sigillum nostrum ad facultates presentibus affigi mandavimus / Dat in Manerio nostro de Lambehith Winton dioc vicesimo septimo die mensis Marcij Anno domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo Sexto Et nostre Consecr Anno Primo /

Comissio Auditoris Audientie Cantuar

Reginaldus miseratione divina tituli Sancte Marie in Cosmedin Sancte Romane Ecclesie presbiter Cardinalis Polus nuncupatus Cantuarien Archiepiscopus Et **Dilecto** nobis in christo filio magistro David Pole legum doctori Archidiacono Darbie Salutem gratiam et benedictionem / **Ad** Cognoscendum et procedendum in omnibus causis et negotiis ecclesiasticis in Curia Audientie nostre Cantuarien sive ex Officio mero vel promoto aut ad quarumcumque partium instantiam motis seu movendis vel ad ipsam Curiam nostram legitime devolutis seu devolvendis et de Iure seu Consuetudine ibidem tractandis, Ipsasque et ea discutiendum decidendum et fine debito terminandum, Necnon ad corrigendum et puniendum excessus et crimina ac delicta quorumcumque subditorum nostrorum aut aliorum in ipsa Iurisdictione delinquentium seu ratione delicti aut contractus forum ecclesiasticum quomodolibet sortientium ac salutares penitentias iniungendum quibus de Iure fuerit faciendum, Clericosque nobis subditos quos ab Officiis et Administrationibus suis ecclesiasticis de Iure noveris amovendos legitime amovendum et per sententiam diffinitivam eosdem privandum, Necnon omnia alia et singula faciendum exercendum et expediendum que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna et que nostrum Auditorem in premissis vel premissorum aliquo possunt facere quomodolibet, Tibi de cuius fidelitate et circumspectionis industria in hac parte confidimus, vices nostras committimus cum potestate Censuras ecclesiasticas quascumque canonice fulminandi, Teque Auditorem Causarum et negotiorum Curie nostre Audientie prefate, et Commissarium nostrum in hac parte ordinamus preficimus et deputamus per presentes ad nostrum beneplacitum duntaxat duraturum **In cuius** rei Testimonium Sigillum nostrum ad facultates presentibus apponi fecimus Dat in Manerio nostro de Lambehith Winton dioc xxvj° die mensis Marcij Anno domini 1556 Et nostre consecr Anno Primo /

Comissio decani de Arcubus

Reginaldus miseratione divina tituli Sancte Marie in Cosmedin Sancte Romane Ecclesie presbiter Cardinalis Polus nuncupatus Cantuarien Archiepiscopus Et **dilecto** nobis in christo filio magistro David Pole legum doctori Archidiacono Darbie Salutem gratiam et benedictionem **De tuis** sana doctrina et circumspectionis industria plene confidentes te in decanum nostrum ecclesie beate marie de Arcubus london nostre et ecclesie nostre Christi Cantuarien Iurisdictionis immediate preficimus et constituimus per presentes Tibique ad visitandum Ecclesias et Capellas omnes et singulas ac Clerum et populum decanatus predicti prout ibi ab antiquo extitit consuetum et procurationes debitas recipiendum, Necnon ad inquirendum super quorumcumque criminibus excessibus et delictis ibidem commissis seu que imposterum contingent committi quorum Cognitio Correctio et punitio ad nos et forum ecclesiasticum de Iure vel Consuetudine poterint pertinere, Ipsosque et ea debite corrigendum reformandum et puniendum, Ac etiam ad cognoscendum et procedendum statuendum et diffiniendum in omnibus causis et negotiis in dicti decanatus Iurisdictione motis inchoatis et intentatis iam pendentibus indecisis seu imposterum movendis aut intentandis sive ad instantiam partium sive ex Officio mero mixto vel promoto Ac causas et ea cum suis incidentibus, emergentibus, dependentibus et annexis quibuscumque audiendum discutiendum et fine debito terminandum / Testamenta etiam omnium et singulorum in dicto decanatu

decedentium, Testamentis insinuatum ac bona spiritualia et temporalia aut debita in diversis dioc' sive
Jurisdictionibus nre Cantuarien' Provincie dum vixerunt et mortis eorum temporibus habentium
exceptis et reservatis) insinuand' et approband' Ac Administracoes bonorum quorumcumque Testantium
sive ab intestato vel per viam intestati decedentium illi vel illis Cui seu quibus de Jure seu
Consuetudine committi debeant committend' Ac Compotum Calculum sive Ratiocinium
Administratorum huiusmodi dictorumque executorum recipiend' audiend' examinand' admittend' et appro-
band' Ac Computantes huiusmodi ab omni ulteriori Compoto in hac parte si et quatenus
videbitur expediens, dimittend' Necnon oia et singula alia ad Officium Decani huiusmodi
et exercitium Jurisdictionis spiritualitatis dicti decanatus de Jure aut Consuetudine spectan'
et que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna faciend'
exercend' et expediend' Tibi tenore presentium vices nras committimus cum cuiuslibet cohercionis
canonice exequend' que in hac parte decreveris potestate Donec eas ad nos duxerimus
revocand' **In cuius** rei Testimonium Sigillum nrum ad facultates huiusmodi
affigi mandavimus Dat' in Manerio nro de Lambehith Winton' dioc' decimo
septimo die Mensis Martij Anno dni Millimo quingen° quinquagesimo
septimo Et nre Consecr' Anno primo /

Comissio Comissarij generalis Civit' et dioc' Cantuarien' /

Reginaldus miseratione divina tituli Sce Marie in Cosmedin Sce Romane
Ecclesie presbiter Cardinalis Polus nuncupatus Cantuarien' Archiepus &c **dilecto**
nobis in Xpo filio magro Roberto Collins in Legibus Baccho Ecclie nre metropolitice
Xpi Cantuarien' Canonico et Prebendario Salutem gratiam et ben' **Ad** Cog-
noscend' procedend' statuend' et diffiniend' in oibus causis beneficialibus matrimonia-
libus et divortij ac nullitatis matrimonij Necnon in oibus causis et negocijs ecclesiasticis
(etiam heretice pravitatis) quibuscumque inter seu contra subditos nros nrarum
Civitatis et dioc' Cantuarien' qualitercumque motis seu movendis aut in Cons' nro
Cantuarien' indecisis pendentibus easque et ea audiend' discutiend' et fine debito terminand'
Necnon ad inquirend' corrigend' puniend' reformand' ac debite et canonice castigand' Crimina delicta
excessus et defectus quorumcumque nrarum Civitatis et dioc' Cantuarien' subditorum quorum cor-
rectio, punitio et castigatio de Jure vel Consuetudine ad nos et forum ecclesiasticum dinos-
cuntur pertinere ipsisque delinquentibus pro huiusmodi Criminibus excessibus et delictis penas
et penitentias salutares et condignas infligend' et iniungend' Ac insuper ad insinuand' et
approband' Testamenta et ultimas voluntates quarumcumque personarum nrarum Civitatis et
dioc' Cantuarien' decedentium probationesque ultimarum &c et super eisdem recipiend' et
admittend' Administracionesque bonorum Testantium huiusmodi vel ab intestato aut per
viam intestati decedentium rite committend' Ac bona Jura et Credita quarumcumque per-
sonarum huiusmodi auctoritate nra ordinaria in casibus a Jure permissis sequestrand' Necnon
Compotum Calculum sive Ratiocinium executorum bonorum Administratorum et sequestro-
rum Custodum huiusmodi recipiend' audiend' examinand' et admittend' Computantesque
huiusmodi si et quatenus tibi videbitur expediens finaliter dimittend' **Ad pet'**
quoscumque Clericos coram quibuscumque Justiciarijs seu Judicibus secularibus dnorum
Regis et Regine in Causa sanguinis aut super furto vel felonia quacumque in dictis
Civitate et dioc' nris Cantuarien' indictatos impetitos sive convictos in Casibus de
legibus et Statutis huius inclyti Regni Anglie expressis et permissis et non aliter
per te vel alium aut alios a te pro tempore substitutum vel substituend' surrogatum vel sur-
rogand' quoties opus fuerit et tibi videbitur expediens vendicand' exigend' petend' et re-
cipiend' Ac huiusmodi Clericis convictis oibus et singulis (habita pro ratione temporis et gra-
vitate delicti debita severitatis Clerice castigatione) purgationes Clericas locis et tempo-
ribus congruis rite et canonice per te vel surrogatum aut surrogand' a te indicend' et
ipsosque taliter indictatos (prout Casus et Juris ratio exegerit) admittend' ac purgatos
huiusmodi iuxta immunitatem ecclesiasticam talibus Clericis vel ordini clericali hactenus indultam
et concessam ab huiusmodi Criminibus immunes et innocentes declarand' ipsosque a vinculis et
Carceribus prout moris et Juris est, quoties opus fuerit vice et auctoritate nris relaxand' et
deliberand' **Postremo** Archino Cantuarien' et eius Officiali ac alijs quibuscumque qui
nram Jurisdictionem ordinariam violare, perturbare, impugnare seu impedire presumunt
inhibend' et inhiberi faciend' ac per Censuras ecclesiasticas cohercend' et compellend'
Necnon oia et singula alia faciend' exercend' et exequend' que ad cognitionem
et Officium Comissarij generalis nrarum Civitatis et dioc' Cantuarien' de Jure vel

Consuetudinis spectare et pertinere dinoscuntur et que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna Tibi de cuius fidelitate sana doctrina et circumspectionis industria plurimum in Dño confidimus vices nras committimus cum ptate quascumqz censuras ecclesiasticas rite et canonice fulminand Teqz Comissarium nrm generalem Civitatis et Dioc nrarum Cantuarien predict ordinamus preficimus et constituimus per psentes ad nrm Beneplacitum tantummodo duratur In cuius rei testimonium Sigillum nrm psentibus est appensum Dat in Manerio nro de Lambehith Winton Dioc xxvj die Mensis Marcij Anno Dni Millimo quingen quinquagesimo Sexto Et nre Consecrationis Anno Primo

Comissio suffraganei

Reginaldus miseratione divina tituli Sce Marie in Cosmedin sacrosancte Romane ecclie Pbr Cardinalis Polus Cantuarien Archiepus totius Anglie Primas et aplice Sedis legatus natus Necnon ad Illustrissimos in xpo Principes Philippum et Mariam Anglie Francie et Hibernie Reges fidei defensores et universa Anglie et Hibernie Regna Sctissimi Dni nri Pape et eiusdem aplice Sedis de latere legatus Venerabili Confri nro Rico Thornden Epo Doveren nuncupato Salutem et fraternam in Dno Charitatem **Ad** Crismand pueros in fronte quorumcumqz Subditorum utriusqz sexus nrarum Civitatis et Dioc ac Iurisdictionis immediatarum ecclie nre xpi Cantuarien Necnon Altaria fixa et portatilia sive viatica Calices Campanas vestimenta et talia ecclesiastica Ornamenta quecumqz benedicend et consecrand locaqz prophana (si que inveneritis) a divinorum celebratione hactenus suspensa et interdicta aut imposterum suspendenda et interdicenda Ecclias etiam et Cimiteria sanguinis vel seminis effusione forsan polluta seu polluenda reconciliand Ac ecclias et altaria noviter erecta et edificata consecrand et benedicend Necnon primam tonsuram clericalem ac quos alios tam minores quam maiores sacros ordines quibuscumqz Subditis nrarum Civitatis et Dioc Cantuar et aliis personis lris dimissoriis suorum Diocesanorum et titulos sufficientes exhibentibus ac etate moribus et literatura idoneis (si eis nullum aliud hactenus obsistat impedimentum) conferend Crisma preterea et oleum sacrum in die Cene Dni consecrand et benedicend Ceteraqz oia et singula ad officium pontificale in premissis vel aliquo premissorum pertinen et spectan et que in ea parte necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna Circumspectioni tue vices nras committimus et plenam in Dno tenore psentium concedimus facultatem psentibus ad nrm Beneplacitum duntaxat duratur **In cuius** rei testimonium Sigillum nrm ad facultates psentibus est appensum Dat in Manerio nro de Lambehith Winton Dioc xxvj die Mensis Februarij Anno Dni Millimo quingentesimo quinquagesimo Sexto Et nre Consecrationis Anno Primo

Officium Bedelli Curie Cantuarien

Omnibus xpi fidelibus ad quos psens Scriptum pervenerit **Reginaldus** miseratione divina tituli Sce Marie in Cosmedin Sce Romane ecclie Pbr Cardinalis Polus nuncupatus Cantuarien Archiepus totius Anglie Primas et aplice Sedis legatus natus Necnon Sctissimi in xpo Pris et Dni nri Dni Pauli divina Providentia huius nois Pape quarti et aplice Sedis ad Serenissimos in xpo Principes Philippum et Mariam Anglie Reges etc et per universa Regna Anglie et Hibernie etiam de latere legatus Salutem **Sciatis** nos ex gra nra speciali dilecto nobis in xpo Roberto Walker nobis fidedignorum testimonio commendato et pro bono Servitio suo per ipsum nobis impenso et Successoribus nris infuturum impendend dedisse et concessisse acqz pro nobis et Successoribus nris per hoc psens Scriptum nrm confirmasse prout Sic damus concedimus et per psentes confirmamus eid Roberto Walker Officium vulgariter appellatum Officium Bedelli sive Preconis Curie nre Cantuarien de Archubus london Una cum oibus et singulis suis Commoditatibus feodis et Proficuis ac Iuribus et pertinen universis eidem Officio ab antiquo debitis et consuetis Ipsumqz Robertum Walker Bedellum sive Preconem dce Curie nre Cantuarien de Archubus london predict cum feodis et Proficuis eidem Officio (ut premittitur) solitis et consuetis preficimus constituimus nominamus ordinamus et deputamus per psentes **Habend** tenend gaudend occupand et exercend Officium predictum cum suis Iuribus et pertinen universis huiusmodi prefato Robto Walker durante vita sua naturali Damusqz et concedimus eidem Roberto plenam et liberam tenore psentium ptatem et auctem per se et suum deputatum sufficientem et idoneum oia et singula que ad Officium huiusmodi quoquo modo ptinent et ptinere debent faciend exequend et expediend sine impedimento nro vel Successorum nrorum quorumcumqz infuturum **In** cuius rei testimonium Sigillum nrm psentibus apponi fecimus Dat in Manerio nro de Lambehith Winton Dioc xix die Aprilis Anno Dni 1556 Et nre Cons Anno Primo

Comissio Regia pro Dioc' Cantuar'

Phillippe and Mary by the Grace of god king and
Quene of England Fraunce Naples, Jerlm and Irelande defendours of the faith / Prince
of Spaine and Cicill Archeduke of Austrie, Duke of Millaine Burgundie and Brabant
Countes of Hasburge Flaunders and Tirroll, To our trustie and right welbeloued Henry
Lord Abergavenny, George Lord Cobham, and to our trustie and right welbeloued Coun=
sellours Thomas Cheyney knight Wardon of our fiue Portes and Treasorer of our Howshold /
John Baker knight Chauncellour of our Exchequer, And to our trustie and welbeloued Ric'
Thornden Clerke Suffragane of Dover / Dauid Pole Clerke Chauncellour to the most
reuerend father in god Reginald Pole Lorde Cardinall and Legate de latere, Arche-
bisshop of Canturbery and Primate of all england, Nicholas Harpesfeld Clerke
Archedeacon of Canturbery, Robert Collins Clerke Comissary of the Dioc' of Canturbury
Richard Faucet Clerke and John Warren Clerke, Robert Southwell knight, Thomas
Moile knight, Henry Crispe knight, And to our welbeloued Willm Roper John Turke
George Clerke, willm Oxenden, Ciriake Petit, John Webbe and John Driland /
Esquiers Greting **Forasmuch** as diuers deuelisshe and slaunderouse persons
hauing not only inuented, bruted and sette fourth diuers false Rumours, Tales and seditiouse
slaunders against vs But also haue sowen diuerse heresies and hereticall opinions and
sette fourth diuers seditiouse Bookes within this our Realme of england, meaninge therby to
moue procure, and stirre vppe, diuision striffe contention and sedition not only amongest
our louing subiects but also betwixt vs and our said subiects with diuers other outra-
giouse misdemeanours enormities Contempts and offences dailie comitted and done to the
disquieting of vs and our people, We myndinge and intendinge the due punisshement
of such offendours and the repressing of such like offences, enormities and misbehaviours
from henceforth, And hauinge speciall trust and Confidence in your fidelities, wisdoms
and discretions We haue authorized appointed and assigned you to be our Comissioners
And by these presentes do giue full power and authoritie vnto you or three of you wherof
you the said Richard Thornden Dauid Pole Nicholas Harpesfeld Robert Collins
Richard Faucet or John Warren to be one, to enquire aswell by the othes of twelue good
and lawfull men as by witnes and all other meanes and politicke wayes ye canne deuise
of all and singler heresies, hereticall opinions Lollardies, hereticall and seditiouse Bookes
Conspiracies and Confederacies, And also to enquire of all false Rumours tales, Se-
ditions, slaunders woordes and sayinges raised published, bruted inuented and set
fourth against vs or either of vs, or against the quiete Gouernaunce or rule of our people
and Subiectes, by Bookes Letters, or otherwise in any place or places within the Dioc'
of Canturbury aswell within liberties as without, And of the bringers in
vtterars, buyers, sellers, readers, kepers, or conveyours of any such Letters, Bookes
rumor or Tales, And of all and euery their Coadiutours, Counsellours, procurours Abbettours
and Maintenours, Geuing to you and three of you (wherof you the said Richard Thornden
Dauid Pole Nicholas Harpesfeld, Robert Collins Richard Faucette or John Warren
to be one) full power and Authoritie by vertue herof, to serche out and take into your
handes and possession all manner of hereticall and seditiouse Bookes, Letters and wri-
tinges wheresoeuer they or any of them shalbe founde aswell in printers howses or
shoppes as els where within the said Dioc', And also to enquire heare and deter-
mine all and singuler enormities disturbances, misbehaviours, misdemeanours and negli-
gences done, suffred or ~~and~~ comitted in any Churche Chappell or other hallowed place
within the same Dioc', And also for and concerninge the taking away or withholding
of any Goodes, Ornamentes, or Stocke of money belonging to any of the same Churches
and Chappells and Thaccomptes concerninge the same, And also to enquire and
serche out all such persons as do obstinately refuse to be confessed to receyve
the blissed Sacrament of thalter, to heare masse or come to their parishe
Churches or other conuenient places appointed for diuine Seruice or to see and
obeye the Ceremonies appointed for the Churche wheresoeuer any of the said
offences or negligences haue ben or hereafter shalbe comitted within the said
Dioc', And to heare and determyne the same and all other offences &c.

negligent (above specified and rehersed, according to yor wisdoms / Consciens and discretions &
Willing and Comaunding you and every thre of you wherof alwaies you the said Richard
Thornden, David Pole Nicholas Harpesfeld / Robert Collins / Richard ffawcette and
John Warren to be one) from tyme to tyme, to use and devise all such Politike waies and
meanes for the triall and serching owt of the same as by you or thre of you wherof
ye the said Richard Thornden, David Pole / Nicholas Harpesfeld / Robert Collins
Richard ffawcette and John Warren to be one) shalbe thought most expedient and necessary
And uppon inquiry and due proffe had, knowen, perceyved and tried owt by the
Confessions of the Parties or by sufficient witnesses before you or thre of you (wherof ye
the said Richard Thornden, David Pole Nicholas Harpesfeld, Robert Collins / Richard
ffawcet and John Warren to be one) concernynge the Premisses or any parte therof, to
geve and awarde such condigne Punisshement to thoffendors by fyne or imprisonment
as to yor wisdoms or of thre of you (wherof you the said Richard Thornden &
David Pole Nicholas Harpesfeld, Robert Collins, Richard ffawcett and John
Warren to be one) shalbe thought mete and convenient / **ffurthermore** willing &
comaunding you or thre of you (wherof ye the said Richard Thornden, David
Pole / Nicholas Harpesfeld, Robert Collins / Richard ffawcette or John Warren to
be one) in case ye shall fynd any parson or Parsons obstinate and disobedient &
either in their Apparaunce before you or thre of you at yor calling and assignement, or els
in not accomplisshing or not obeying yor Directions or Comaundements in any thing or &
thinge touching the Premisses or any parte therof, to comitte the same Parson or parsons /
so offending, to warde their to Remayne till they be by you or thre of you (wherof you
the said Richard Thornden David Pole / Nicholas Harpesfeld, Robert Collins Richard
ffawcet or John Warren to be one) enlarged and sette at libertie / And we geve to you and
every thre of you (wherof ye the said Richard Thornden, David Pole Nicholas
Harpesfeld / Robert Collins / Richard ffawcet or John Warren to be one) full power &
Auctoritie by thes presents to take and Receyve by yor discretions of every offender and
suspecte parson to be convented or brought before you, a Recognizaunce or Recognizaunces /
obligacon or obligacons to our use of such somme or sommes of money as to you or thre of you
(wherof you the said Richard Thornden, David Pole Nicholas Harpesfeld &
Robert Collins / Richard ffawcette or John Warren to be one) shall seme convenient &
Aswell for the parsonall apparaunce before you of every such suspecte parson (in case
ye shall so thinke convenient) as for the sure and true payment of all and every such
fyne, and fynes as shall hereafter be by you or thre of you (as before) taxed and assessed
uppon any offendor that shalbe before you or thre of you duely convicted (as is aforesaid)
to our use to be paid at such daies and tymes as by you or thre of you (as afore)
shalbe assigned limited or appointed / And you to certifie every such Recognizaunce
and obligacon so being taken for any fyne or fynes (as is aforesaid) under yor handes and
Seales, or the handes and Seales of thre of you (wherof you the said Richard
Thornden, David Pole Nicholas Harpesfeld / Robert Collins / Richard ffawcet or
John Warren to be one) into our Courte of Chauncery, to thintent we may be therof
duely answered as apperteyneth / And ffurthermore we geve to you and thre of
you (wherof you the said Richard Thornden, David Pole, Nicholas Harpesfeld,
Robert Collins / Richard ffawcet or John Warren to be one) full power and
auctoritie by thes presents Not only to calle before you all and every offendor and
offendors, and all and every suspecte parson and parsons in any of the Premisses &
But also all such and so many witnesses as ye shall thinke mete to be called /
And them and every of them to examyne and compelle to answere and sweare uppon
the holye Evangeliste to declare the truth in all such thinges wherof they or any
of them shalbe examined for the better triall, opening, and declaration of the Premisses
or of any parte therof / Willinge and comaunding you and every of you that
in case any such matters shall arise or come in examination before you, which
for the great importaunce, difficultie or other consideration to you apperinge
ye, by yor discretions shall thinke not mete to be determined by you, That then

18

in every such cause ye referre the same to th'order and direction of the most reverend father
in god Reynold Pole Lorde Cardinall and Legate de Latere Archebusshoppe of Can-
turbury and Primate of all England / **And** further our will and pleasure is that you
or three of you (wherof you the said Richard Thornden, David Pole, Nicholas Har-
pesfeld, Robert Collins, Richarde Fawcet or John Warren to be one) by bill signed with
your handes (or the handes of three of you as before) shall and may geve and make allow-
aunce and payment of such fynes as shalbe assessed and taken before you or three
of you (as before) aswell to such as by your commaundement shall travaile or take
paynes for us aboute the premisses or any parte therof / And also for and about
the writing and certefyinge of such recognizaunce, obligacions or other writinges to be
made for th'execution of this our commission / Wherfore we will and commaunde you
with diligence to geve your attendaunce and to execute the premisses with effecte,
any of our lawes, statutes, proclamacions or other grauntes, privileges or ordinaunces
which be or may seme to be contrary to the premisses notwithstanding / **And** more-
over we will and commaunde all and singuler justices of peace, maiors, sherifes,
bailiffes, constables and all other our officers, ministers and faithfull subjectes
to be ayding, helping and assistinge you at your commaundement in the due execution
herof as they tender our pleasure, and will aunswere to the contrary at their uttermost
perilles / And for the better execution of this our commission our will and pleasure is
that ye uppon the receipte of the same commission shall and may devide your-
selves so that three of you at the least (wherof the said Richard Thornden,
David Pole, Nicholas Harpesfeld, Robert Collins, Richard Fawcet, or John
Warren to be one) be joyned together in eche devision / **And** we will and graunte
that these our letters patentes shalbe a sufficient warraunt and discharge for you and
every of you against us, our heyres and successours and all and every other persons
and persons whatsoever they be of, for and concerning the premisses or any parte
therof for th'execution of this our commission or any parte therof / **And** further
we will, and our intente and meaninge is, that the triall, judgement and deter-
mination of heresyes, and of all other thinges which aswell in respecte of persons
as of the matters herein expressed being mere spirituall and determinable by the
ecclesiasticall lawes, shalbe reserved unto the determination of such to whome
in that case it shall of right appertayne / ffor we do hereby declare that
it is not our intent or meaninge that this our commission or such other like herto-
fore graunted and addressed into all other dioceses of this our said realme shuld
in any wise be prejudiciall to any lawes or persons ecclesiasticall or to the liberties
or jurisdictions of the same / But that we will as we ar bounde and chiefly
being therunto required, defende and imparte our kingly ayde and helpe and favour
in the ordenaunce and execution of the same in all thinges which to the office and
dutie of catholike princes doth appertayne / **In witnes** wherof we have
caused these our letters of commission to be sealed with our greate seale / Witnes our selfe
at Westminster the xxvth day of Aprill the seconde and third yeres of our
reignes / Per ipsos Regem et Reginam

Reginaldus miseratione divina tituli Sancte Marie in Cosmedin Sancte Romane
ecclesie presbiter Cardinalis Polus nuncupatus Cantuarien Archiepiscopus totius Anglie
Primas et apostolice Sedis legatus natus etc. Venerabili Confratri nostro Domino Edmundo
London Episcopo eiusve in spiritualibus Vicario generali seu Officiali principali cuicunque
Salutem et fraternam in Domino Charitatem / **Bullam** plenarie indulgentie Sanctis-
simi in Christo patris et domini nostri domini Pauli divina providentia Pape quarti sub plum-
bo filis sericis impendentibus more Romane Curie bullatam dat Rome apud
Sanctum Petrum Anno incarnationis dominice Millesimo quingentesimo quinquagesimo
quinto octavo Idus Martij Pontificatus sui Anno Primo nuper ad nos

Bulla ad orandum pro pace inter principes christianos

qua decuit reverentia et obedientia humiliter recepimus tenoris subscripti in se continens // **Paulus** Episcopus Servus Servorum Dei / Universis et singulis Christifidelibus presentes literas inspecturis Salutem et apostolicam Benedictionem / **Ab** initio Pontificatus nostri cum vidissemus totam Rempublicam Christianam bellorum turbinibus labefactatam id imprimis deo precati sumus ut liceret nobis pacem aliquando inter Principes Christianos aliqua ratione sperare quo sedatis eorum discordiis divinis beneplacitis liberius vacare et gregem dominicum nostre cure commissum ad semitas justitie efficacius reducere valeremus / Verum cum iam nobis aliqua elucescat spes quod inducie inter ipsos Principes iniri posse videntur existimavimus si unquam faciendum fuit hoc presertim deo acceptabili ac salutis tempore ad dominum nostrum Jesum Christum recurrendum esse et ab eo summis precibus contendendum ut predictis principibus non solum inducias ineundi sed etiam perpetuam pacem inter se firmandi mentem et animum impartiri dignetur / Quare considerantes omnipotentem deum id quod interdum unius precibus non concedit multiplicatis intercessoribus sepe largiri / et sacris literis edocti ieiunio et fletu ac orationibus in pura fide et sincera charitate exhibitis dei iram averti et eius gratiam comparari consuevisse / auctoritate apostolica nobis desuper concessa ex parte omnipotentis Dei et per viscera illius misericordie omnes et singulos utriusque sexus Christifideles seculares et ecclesiasticos etiam cuiusvis ordinis regulares et religiosos ac in communi viventes per universum orbem existentes hortamur et in Domino requirimus ut infra triduum post publicationem presentium tam in alma Urbe nostra quam in quibuscumque aliis Civitatibus terris et locis ipsius Urbis factam seu postquam eedem presentes litere ad eorum notitiam pervenerint ad ipsum dominum nostrum Jesum Christum humili corde contriti conscientiam suam diligenti studeant examinatione discutere et purissimam omnium peccatorum suorum confessionem facere ac ultra generale presentis quadragesime ieiunium orationibus et elemosinarum erogationibus seu aliis piis operibus iuxta eorum conscientiam sive Sacerdotum quibus peccata sua confitebuntur salutare consilium vacare / Necnon illi quibus presentes post proximum festum paschalis resurrectionis dominice innotescent etiam ultra premissa quarta et sexta feriis necnon sabbato immediate sequentibus si in etate legitima constituti fuerint et iusto impedimento detenti non sint ieiunare et tam illi quam alii supradicti eidem Jesu Christo Deo ac domino nostro supplicare precibusque ac fletu ad eius sanctissimos pedes provoluti petere et rogare ut eisdem Principibus atque omni fideli populo miseriarum calamitatumque finem et concordiam ac pacem largiri velit / Dominica vero deinde subsequenti sacratissimam Eucharistie communionem pie et devote percipiant / ac que ad pietatem charitatem et castitatem pertinent toto pectore atque animo exerceant quo magis eiusdem dei et domini nostri clementissimi misericordiam promereantur / Utque id purius et commodius facere possint Christifidelibus supradictis ut hac vice tantum confessorem eligere valeant presbyterum secularem seu cuiusvis ordinis regularem qui eorum confessione diligenter audita eos et eorum quemlibet a quibuscumque peccatis quantumcumque gravibus et enormibus etiam sedi apostolice reservatis et in Bulla que in die Cene domini legi consuevit contentis ac censuris quas propterea incurrerint iniuncta inde eis pro modo culpe penitentia salutari absolvere et vota quecumque per eos emissa (Jerosolimitan ac Castitatis et Religionis votis duntaxat exceptis) in alia pietatis opera commutare possit dicta auctoritate concedimus et indulgemus / Omnibus nihilominus Christifidelibus supradictis pro particularis penitentie satisfactione in remissionem peccatorum suorum specialiter iniungentes ut tam in dicta communione quam in triduo orationum seu elemosinarum et piorum operum ac ieiunii quinquies orationem dominicam et salutationem angelicam quinquies devote recitent / Nos enim omnibus et singulis Christifidelibus predictis qui premissa adimpleverint de omnipotentis dei misericordia et beatorum apostolorum eius auctoritate et meritis confisi plenissimam peccatorum suorum remissionem et eam que Christifidelibus ecclesias Urbis et extra eam ad id deputatas anno iubilei concessa est misericorditer in Domino elargimur / Et ut hec omnia ad cunctorum notitiam perveniant et misericors Dominus a pluribus exoretur, omnibus venerabilibus fratribus nostris, patriarchis

Archiepiscopis Episcopis et alijs Ecclesiarum Prelatis in virtute sancte obediencie districte precipiendo mandamus vt presentes literas seu earum Transumptum manu alicuius Prelati seu persone in dignitate ecclesiastica constitute subscriptum, Cui omnimodam fidem adhiberi volumus vbique per eorum Provincias, Civitates et dioc gratis et absque vlla fraude vel questu publicent et publicari faciant cum effectu Non obstantibus Constitucionibus et Ordinationibus apostolicis Ceterisque Contrarijs quibuscumque presentibus post duram supradictam minime valituris / Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno incarnacionis dominice Millesimo quingentesimo quinquagesimo Quinto octavo Kalendas Iulij Pontificatus nostri Anno Primo / **Nos** summopere cupientes omnes et singulos vtriusque sexus personas infra nostre Legationis de latere fines degentes huius gratiosissime munificentie participes fieri, animarum suarum Saluti prospicientes Ac Contentorum in dicta Bulla Scientiam ad earum certam et indubitatam Noticiam pervenire cum ea qua poterimus matura Celeritate, Bullam huiusmodi Nostro decano Capitulo et ceteris ministris Plebique et populo dioc sue London, Necnon etiam omnibus et singulis alijs Charissimis Confratribus Coepiscopis nostre Cantuarien provincie suffraganeis iuxta et secundum formam tenoris et effectus Bulle predicte in omnibus et per omnia publicetis denuncietis et declaretis seu sic publicari denunciari et declarari faciatis prout decet / **In cuius** rei Testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus / Dat in Manerio nostro de Lambehith Winton dioc vicesimo octavo die mensis Aprilis Anno domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo Sexto Et nostre Consecrationis Anno Primo /

dispensatio pro solemnizacione matrimonij non obstante spiritualis cognacionis impedimento /

David Pole legum doctor Reverendissimi in Christo patris et domini domini Reginaldi miseratione divina tituli Sancte Marie in Cosmedin sacrosancte Romane ecclesie Presbiteri Cardinalis Poli nuncupati Cantuarien Archiepiscopi totius Anglie primatis et apostolice Sedis legati nati, Necnon ad Serenissimos in Christo principes Philippum et Mariam Anglie Francie et Hibernie Reges fidei defensores, ac universa Anglie et Hibernie Regna Sanctissimi domini nostri Pape et eiusdem apostolice Sedis etiam de latere legati, Vicarius in spiritualibus generalis et Officialis principalis rite et legitime constitutus / **Dilecto** nobis in Christo Henrico Pratte Laico et Mildrede Pere mulieri parochie de East Sutton Cantuarien dioc et iurisdictionis Salutem in Auctore Salutis Literas commissionales patentes eiusdem Reverendissimi patris Sigillo suo ad facultates in quadam capsa stannea cera rubea cum filis canapeis coloris rubei inclusa sigillatas, nobis directas nuper cum omni Reverentia recepimus sub eo qui sequitur verborum Tenore **Reginaldus** miseratione divina tituli Sancte Marie in Cosmedin Sancte Romane ecclesie Presbiter Cardinalis Polus Archiepiscopus Cantuarien Sanctissimi domini nostri Pape et Sedis apostolice ad Serenissimos Philippum et Mariam Anglie Reges et universum Anglie Regnum de Latere legatus **Discreto** et nobis in Christo dilecto David Pole in ecclesia nostra Cantuarien nostro in spiritualibus vicario generali Salutem in domino sempiternam / Sedis apostolice providentia circumspecta nonnumquam rigorem iuris mansuetudine temperat et quod sacrorum Canonum prohibent instituta de gratia benignitatis indulget, prout personarum et temporum qualitate pensata id in domino salubriter expedire cognoscit / Sane pro parte dilectorum Henrici Pratte laici et Mildrede Pere mulieris nuper nobis oblata petitio continebat Quod ipsi alias ignorantes impedimentum spiritualis Cognationis ex eo provenien Quod dicta Mildreda prolem quandam dicti Henrici in confirmatione tenuit inter eos existere quominus possent matrimonialiter copulari matrimonium inter se per verba alias legitime de presenti contraxerunt / Cum autem dicti exponentes in eorum sic de facto contracto matrimonio licite remanere et ad actus in facie ecclesie solemnizationem procedere non possint, Sedis apostolice dispensatione desuper non obtenta, Et si divortium fuerit, gravia inter eos exinde scandala verisimiliter possent exoriri, Idcirco nobis humiliter supplicari fecerunt Quatenus sibi de oportuno super hiis remedio misericorditer providere dignaremur, Nos igitur cupientes animarum eorundem providere saluti et quod scandalis quantum cum deo possumus obviare, discretioni tue de qua in hiis et aliis quam plurimum confidimus auctoritate apostolica nobis hac in nostra legatione concessa et qua fungimur in hac parte tenore presentium committimus Quatenus (si est ita) cum dictis exponentibus (dummodo dicta mulier propter hoc rapta non fuerit) ut impedimento Cognationis spiritualis predicto necnon apostolicis ac tam Provincialibus quam Synodalibus Constitutionibus et Ordinationibus ceterisque Contrariis quibuscumque non obstantibus in eorum sic (ut prefertur) de facto Contracto matrimonio remanere, seu illud de novo contrahere et in facie ecclesie solemnizare, ac in eo postmodum remanere libere et licite possint et valeant eadem auctoritate apostolica misericorditer in domino dispenses Prolem suscipiendam exinde legitimam decernendo. Dat. in Palatio Regio apud sanctum Jacobum prope Westmonasterium Anno a nativitate Domini Millesimo, quingentesimo quinquagesimo Septimo, pridie Id. Maij Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris et Domini nostri Domini Pauli divina Providentia Pape quarti Anno secundo,

Quarum quidem litterarum commissionalium onus ob tanti Reverendissimi patris committentis reverentiam et honorem in nos assumentes, ac iuxta earum continentiam litteras procedentes Cum (Cognitione previa) ex fidedigna relatione et informatione suggesta pro parte vestra eidem Reverendissimo patri tam circa matrimonium quod contraxistis quam spiritualis Cognationis impedimentum in eisdem litteris specificata vera esse comperimus et invenimus, Igitur vobiscum dummodo tu dicta Mildreda propter hoc rapta non fueris ut impedimento Cognationis spiritualis quod necnon apostolicis et tam provincialibus quam synodalibus Constitutionibus et Ordinationibus ceterisque Contrariis quibuscumque non obstantibus in vestro sic (ut premittitur) contracto matrimonio remanere, seu illud de novo contrahere, et in facie ecclesie solemnizari facere et in eo postmodum remanere libere et licite possitis et valeatis, auctoritate apostolica nobis in hac parte commissa iuxta earundem formam et effectum litterarum commissionalium prefatarum misericorditer in domino dispensamus et vobis indulgemus, Prolem susceptam seu suscipiendam exinde legitimam decernentes, In **cuius** rei testimonium sigillum quo in similibus utimur presentibus apponi fecimus, Dat. decimo octavo die mensis Maij Anno domini Millesimo, quingentesimo, quinquagesimo Septimo,

Commissio ad visitandum decanatus de Charinge Sutton et Lymme

Reginaldus miseratione divina tituli Sancte Marie in Cosmedin Sancte Romane ecclesie Presbiter Cardinalis Polus nuncupatus, Cantuarien Archiepiscopus totius Anglie Primas et apostolice Sedis legatus natus, Necnon ad Serenissimos in Christo Principes Philippum et Mariam Reges etiam de latere Legatus **Dilectis** nobis in Christo filiis magistris Nicholao Harpesfeld legum doctori Archidiacono nostro Cantuarien et Roberto Collins in legibus Baccalaureo nostro in Civitate et Dioc. nostra Cantuarien Commissario generali Salutem, gratiam et Ben. **De vestris** sana doctrina, Conscientie puritate et Circumspectionis industria plurimum fisi Ad visitandum igitur ecclesias et Capellas omnes et singulas ac alia loca ecclesiastica quecumque in et infra Decanatus de Sutton, Charing et Lymme nostre Cantuarien Dioc., Clerumque et Populum earundem, inquirendumque cum omni assiduitate et diligentia congruis de et super quorumcumque subditorum decanatuum predictorum Criminibus, excessibus et delictis quibuscumque commissis vel committendis quorum Correctio, punitio et Castigatio ad nos et forum ecclesiasticum de iure vel Consuetudine spectare et pertinere dinoscitur, Necnon Comperta et detecta quecumque coram vobis aut vestrum altero sive vero in visitatione huiusmodi [illegible] exhibenda debite corrigendum et reformandum, Ceteraque et singula [illegible] ciendum et expediendum que in premissis et circa ea necessaria [illegible] dolibet requisita vel oportuna, Vobis et utrique vestrum coniunctim et divisim [illegible] vice et visitatione tantum, committimus vices nostras cum cuiuslibet cohercionis canonice exequend que in hac parte [illegible] / Assumpto nobis et vestrum utrique sive alteri dilecto nobis in Christo filio magistro Anthonio Husse Notario publico Registrario nostro principali vel Petro Lylly Notario publico cuius in hac parte deputato in Registrarium et Actorum vestrorum Scribam in ea parte durante visitatione predicta. **In cuius** rei Testimonium Sigillum nostrum presentibus affigi fecimus. **Dat** in Manerio nostro de Lambehith Winton dioc vicesimo die Mensis Maii Anno Domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo Sexto / Et nostre Consecrationis Anno Primo /

Comissio decani de Bockinge

Reginaldus miseratione divina tituli Sancte Marie in Cosmedin Sancte Romane Ecclesie Presbiter Cardinalis Polus nuncupatus Cantuariensis Archiepiscopus, totius Anglie primas et apostolice Sedis legatus natus. **Dilecto** nobis in Christo filio magistro Rogero Nowell sacre Theologie Baccalaureo Salutem gratiam et benedictionem / **De tuis** sana doctrina, Conscientie puritate, Circumspectionis industria et provida in rebus gerendis dexteritate plurimum fidentes, Te in decanum nostrum decanatus de Bockinge nostre et ecclesie nostre Christi Cantuariensis Iurisdictionis immediate pertinentis constituimus et deputamus per presentes / **Ad** visitand igitur Ecclesias et Capellas omnes et singulas ac Clerum et populum decanatus predicti prout ab antiquo visitari consuevit ac procurationes debitas statutis de iure anni temporibus recipiend Necnon ad inquirend super quorumcumque Subditorum decanatus predicti Criminibus et excessibus et delictis ibidem commissis vel imposterum committend quorum Cognitio Correctio et punitio ad nos et forum ecclesiasticum de iure vel Consuetudine poterunt pertinere et propterea et ea debite corrigend reformand et canonice puniend Ac etiam ad procedend cognoscend, statuend, et diffiniend in omnibus causis et negotiis tam [illegible] quam aliis ecclesiasticis quibuscumque in dicti decanatus Iurisdictione motis inchoatis, et intentatis, iam pendentibus indecisis, seu imposterum movendis, aut intentandis, sive ad instantiam partium sive ex officio mero, mixto vel promoto, ac ea tangentibus incidentibus emergentibus, dependentibus et annexis, audiend discutiend et fine debito terminand Ac in omnibus casibus a iure concessis bona quorumcumque in dicto decanatu decedentium sequestrand seu sequestrari faciend / **Testamenta** etiam et ultimas voluntates quorumcumque ibidem ab hac luce divina [illegible] migrantium sive decedentium (Testamentis magnatum ac bona sive Credita in diversis dioc seu Iurisdictionibus nostre Cantuariensis provincie vite et mortis suarum tempore habentium exceptis et reservatis) insinuand et approband / Administrationemque quorumcumque [illegible] testantium huiusmodi sive ab intestato vel pro intestato decedentium executoribus in huiusmodi Testamentis nominatis aut illi vel illis cui vel quibus de iure seu Consuetudine committi deberent committend Ac Compotum Calculum sive Ratiocinium executorum, Sequestri Custodum, et Administratorum huiusmodi recipiend, audiend, examinand et admittend Ac Computantes huiusmodi ab omni ulteriori Compoto sive Ratiocinio in hac parte (prout iuris et equitatis fuerit) absolvend et finaliter dimittend **Necnon** omnia et singula alia ad Officium decani huiusmodi, et exercitium Iurisdictionis ecclesiastice dicti decanatus spectantia et pertinentia et que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna faciend, exercend et expediend Tibi cum cuiuslibet Cohercionis canonice potestate exequend que in hac parte [illegible] vices nostras committimus per presentes ad nostrum Beneplacitum dumtaxat duraturas / Assumpto tibi dilecto nobis in Christo magistro Anthonio Husse notario publico Registrario nostro principali vel cuius in hac parte deputato in Registrarium et Actorum tuorum Scribam in ea parte durante hac nostra Commissione **In cuius** rei testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus / Dat in Manerio nostro de Lambehith Winton dioc Primo die Mensis Junii Anno Domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo Sexto Et nostre Consecrationis Anno Primo /

Comissio decani de Southmalling, Pagham et Terring

Reginaldus miseratione divina tituli Sancte Marie in Cosmedin Sancte Romane Ecclesie Presbiter Cardinalis Polus nuncupatus, Cantuariensis Archiepiscopus etc. **Dilecto** etc.

nobis in xpo filio magistro Thome Packard in legibus Baccalario Salutem graciam et Benedictionem **De tuis** sana doctrina Conscientie puritate Circumspectionis industria et provida in rebus gerendis dexteritate plurimum freti, Te in decanum nostrum decanatus de Southmalling de Pagham et Terringe nostre et ecclesie nostre Christi Cantuariensis Jurisdictionis immediate preficimus constituimus et deputamus per presentes **Ad visitandum** igitur ecclesias et Capellas omnes et singulas Clerumque et populum decanatus predicti prout ab antiquo visitatum fuerit Ac Procurationes debitas statutis de iure Anni temporibus recipiendum, Necnon ad inquirendum super quorumcunque subditorum decanatus predicti Criminibus, Excessibus, et delictis ibidem commissis vel imposterum committendis quorum Cognitio, Correctio et punitio ad nos et forum ecclesiasticum de iure vel Consuetudine poterunt pertinere, Excessusque et ea debite corrigendum reformandum et canonice puniendum Ac etiam ad procedendum cognoscendum statuendum et diffiniendum in omnibus causis et negotiis tam heresis criminalibus quam aliis ecclesiasticis quibuscunque in dicto decanatu aut eorum aliarum Jurisdictione motis inchoatis et intentatis iam pendentibus indecisis sive imposterum movendis aut intentandis sive ad instantiam partium sive ex officio mero mixto vel promoto Ac ea tangentibus incidentibus, emergentibus, dependentibus et annexis audiendum discutiendum et fine debito terminandum, Ac in omnibus casibus a iure concessis bona quorumcunque in dictis decanatibus aut eorum aliquo decedentium sequestrandum seu sequestrari faciendum Testamenta etiam et ultimas voluntates quorumcunque ab hac luce (divo iubente) emigrantium sive decedentium (Testamentis magnatum et bona sive Credita in diversis Dioc seu Jurisdictionibus vite et mortis suarum tempore habentium exceptis et reservatis) insinuandum et approbandum, Administrationemque bonorum quorumcunque Testatorum huiusmodi sive ab intestato vel quasi intestati decedentium executoribus in huiusmodi Testamentis nominatis aut illi vel illis cui vel quibus de iure seu Consuetudine committi debeant committendum, Ac Compotum Calculum sive Ratiocinium Executorum Sequestratorum Custodum et Administratorum huiusmodi recipiendum audiendum examinandum et admittendum Ac Computantes huiusmodi ab omni ulteriori Compoto sive Ratiocinio in hac parte prout iuris et equitatis fuerit absolvendum et finaliter dimittendum **Necnon** omnia et singula alia ad Officium decani huiusmodi et exercitium Jurisdictionis ecclesiastice dictorum decanatuum spectantia et pertinentia et que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna faciendum exercendum et expediendum Tibi cum cuiuslibet Cohercionis canonice exequende que in hac parte decentibus potestate, Vices nostras committimus per presentes ad nostrum Beneplacitum duntaxat duraturas, Assumpto tibi dilecto nobis in xpo filio magistro Anthonio Huse Notario publico Registrario nostro Principali vel eius in hac parte Deputato in Registrarium et Actorum tuorum Scribam in ea parte durante hac nostra Commissione, **In cuius** rei Testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus, Dat in Manerio nostro de Lambehith Winton Dioc, Primo die mensis Junii Anno domini Millesimo, quingentesimo, quinquagesimo Sexto, Et nostre Consecrationis Anno primo,

Commissio ad reformandum delicta in visitatione ordinaria [illegible] et ad vendicandum clericos convictos

Reginaldus miseratione divina tituli Sancte Marie in Cosmedin Sancte Romane Ecclesie Presbiter Cardinalis Polus Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie Primas et apostolice Sedis legatus natus, **Dilectis** nobis in xpo filiis magistris Nicholao Harpesfeld legum doctori Archidiacono nostro Cantuariensi, et Roberto Collins in legibus Baccalario Commissario nostro generali Civitatis et Dioc nostrarum Cantuariensis predictarum Salutem graciam et Benedictionem, De vestris sana doctrina Conscientiarum puritate fidelitate et circumspectionis industria plurimum freti **ad** examinandum discutiendum corrigendum reformandum et castigandum ac canonice puniendum quecunque Crimina, Excessus, Culpas et delicta quecunque quorumcunque Subditorum nostrorum tam clericorum quam laicorum nostrarum Civitatis et Dioc imposterum in Visitatione nostra ordinaria infra easdem Civitatem et Dioc nostras vice et auctoritate nostris exercita comperta, detecta et denunciata, quorum correctio, punitio et castigatio ad forum ecclesiasticum de iure vel consuetudine pertinere dinoscuntur, ac penitentiam salutarem canonicam et condignam pro eorum excessibus, criminibus et delictis eis canonice iniungendum et peragi faciendum, necnon in pietatis opera pro ut vobis sanius consciencijs (quas coram altissimo oneramus) mutandum ac absque sine scandalo et offendiculo iuris vel hominis commutandum, quoscumque etiam Beneficiatos nostrarum Civitatis et Dioc Cantuarien si demerita culpe et obstinacie sue ita exigerint in casibus a iure permissis a Sacerdotijs, Beneficijs, Officijs, Promotionibus et Administrationibus suis ecclesiasticis iuxta iuris exigentiam et sacrorum canonum sanctiones privandum amovendum et destituendum, quoscumque insuper fructus, redditus et proventus quorumcumque Beneficiorum ecclesiasticorum infra Civitatem et Dioc nostras Cantuar predict in casibus a iure vel consuetudine permissis et approbatis sequestrandum seu sequestrari faciendum sequestrataque eorum custodiendum seu faciendum per alios custodiri, ac eorum sequestra sic per vos interponenda revocandum et relaxandum quoties et quando id vobis seu vestrum alteri saniorum consilijs videbitur expedire, Necnon Clericos quoscumque coram quibuscumque Iusticiarijs seu Iudicibus secularibus dominorum Regis et Regine in causis sanguinis vel super felonia quacumque in dictis Civitate et Dioc nostris Cantuarien indictatos, impetitos sive convictos per vos aut eorum vestrum alterum aut alium vel alios a vobis seu vestrum altero ad id substituendum vel deputandum vendicandum, exigendum, petendum et recipiendum, atque eorum Clericis omnibus et singulis de et super felonia quacumque sic (ut premittitur) convictis purgationes canonicas indicendum, ipsosque taliter convictos (prout casus et iuris ratio exigerit) ad purgationes admittendum, et purgatos eorum iuxta immunitatem ecclesiasticam talibus clericis vel ordini clericali hactenus indultam et concessam ab ipsis criminibus immunes et innocentes declarandum, eisque a carceribus et vinculis prout moris est quoties opus fuerit relaxandum et liberandum, ceteraque omnia et singula alia faciendum, exercendum et expediendum que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, Vobis coniunctim et divisim quoties vicarium nostrum in spiritualibus generalem abesse contigerit, vices nostras committimus cum cuiuslibet coercionis canonice potestate, Vosque commissarios nostros in hac parte coniunctim et divisim preficimus constituimus et deputamus per presentes ad nostrum beneplacitum duraturas, assumpto vobis et vestrum alteri sive vni coniunctim et divisim dilecto nobis Anthonio Huse Registrario nostro primario vel eius surrogato quocumque in actorum vestrorum Scribam in hac parte durante hac nostra Commissione, **In cuius** rei testimonium sigillum nostrum presentibus apponi fecimus, Dat in Manerio nostro de Lambehith Wintoñ Dioc decimo die Mensis Iulij Anno Dni Millimo quingenmo quinquagesimo sexto, Et nostre Cons Anno primo

Licencia vt Religiosus possit acceptare in se onus Executionis Testamenti

Reginaldus miseratione divina tituli Sancte Marie in Cosmedin Sancte Romane ecclesie presbiter Cardinalis Polus nuncupatus Cantuarien Archiepiscopus etc, **dilecto** nobis in Christo filio Thome Crosser, Diacono nostre Cantuarien Dioc Salutem, Cum pro parte tua nobis nuper fuerit humiliter expositum, quod tu olim Ordinem Sancti Benedicti regularem professus Monasterio in quo te dederas (vita tua comite) sub habitu regulari vitam transigere monasticam et Deo devote in eodem famulari, deleto penitus et extincto quod religionem tibi vite dederit in seculo agere arcte ultima fulcitus proposuisti, Cumque ab hinc septennio Willelmus Crosser, frater tuus antequam ab humanis excederetur, suum condidit testamentum suam ultimam voluntatem in quo te et dilectam filiam Elizabeth tuam consortem vnde relictam suam fecit et constituit executores, maximeque et precipue educandorum liberorum suorum curam et multorum aliorum operum executionem tibi ex singulari fiducia et fraterna pietate commisit et concredidit exequenda, verum tu de sacrorum canonum constitutionibus, quod institutionem et executionem voluntatibus tu omnibus minime liberis sine iuris offensa et conscientie scrupulosis sine superioris tui licentia petita et obtenta exequi non valeas, Nobis igitur supplicari fecisti vt in gratiam et beneficium liberorum orphanorum eiusdem defuncti ac aliorum ipsorum operum executionem et gratiam testamentum et ultimam voluntatem eorum libere et licite exequi et perimplere valeas, Nos petitionibus tuis gratiose inclinati ac orphanis et alijs miserabilibus personis de pastoralis offitij solicitudine et clementia consulere et prospicere in Domino cupientes, ex premissis et alijs nobis expositis causis rationabilibus sancte inclinati, Tibi vt premissis et alijs repugnantibus iuris impedimentis non obstantibus testamentum et ultimam dicti tui fratris defuncti iuxta et secundum mentem testatoris predicti, sincere et libere exequi et perimplere in omnibus et per omnia valeas et possis ex auctoritate nostra ordinaria quantum de iure possumus licentiam impartimur et harum serie dispensamus pariter et indulgemus, In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus apponi fecimus / Dat' in Manerio nostro de Lambehith Wintonien' dioc' duodecimo die mensis Julij Anno domini 1556 Et nostre consecrationis Anno primo /

Commissio Commissarij generalis Ville Calisie /

Reginaldus miseratione divina tituli Sancte Marie in Cosmedin Sancte Romane ecclesie presbiter Cardinalis Polus Cantuarien' Archiepiscopus &c. Ad quem omnis et omnimoda Jurisdictio spiritualis et ecclesiastica in Villa Calisie et locis circumvicinis Morinen' dioc' sub obedientia dictorum serenissimorum in Christo principum Philippi et Marie existen' notorie dinoscitur pertinere **Dilecto** nobis in Christo filio magistro Roberto Collins in legibus Bacchalaureo Ecclesie nostre Metropolitice Christi Cantuarien' Canonico et Prebendario Salutem gratiam et benedictionem. **De tuis** sana doctrina conscientie puritate et circumspectionis industria plurimum confidentes Ad cognoscendum procedendum in omnibus et singulis causis et negotiis tam ex officio mero mixto vel promoto quam ad quarumcumque partium instantias in Villa et partibus predictis motis et movendis, Ac causas et ea tangentibus incidentibus emergentibus dependentibus et annexis quibuscumque audiendum discutiendum et fine debito terminandum / Ac ad corrigendum puniendum et reformandum crimina et excessus quorumcumque subditorum nostrorum tam clericorum quam laicorum Ville et partium predictarum ad forum ecclesiasticum spectantium et pertinentium / Ac pro eiusmodi criminibus excessibus et delictis penas et penitentias salutares iniungendum et infligendum / Necnon ad approbandum et insinuandum Testamenta et ultimas voluntates quorumcumque infra dictam Villam et partes antedictas decedentium Administrationemque bonorum eiusmodi testantium et aliorum quorumcumque ab intestato seu pro via intestatis infra Villam et partes antedictas decedentium, executoribus in eiusmodi testamentis nominatis vel aliis personis quibus de iure vel consuetudine committi debeant committendum Ac administrationum eiusmodi compota calculos sive ratiocinia fideliter audiendum et acquietandum / Ac quascumque acquietancias in ea parte faciendum et liberandum Necnon fructus et proventus vacantium quarumcumque, Ac cetera bona subditorum predictorum pro locis et temporibus congruis et opportunis ac in casibus de iure expressis quotiens et quando necessarium fuerit vel opportunum sequestrandum, et ea sic sequestrata tuto custodiri faciendum / **Ad** visitandum preterea vice et nomine nostris ecclesias et capellas omnes et singulas Ville et partium predictarum, Ac clerum et populum earundem, Ac ad inquirendum de et super criminibus excessibus et delictis quibuscumque per subditos dicte nostre Jurisdictionis qualitercumque commissis seu committendis in visitationibus eiusmodi detectis seu detegendis, ipsaque et ea debite corrigendum puniendum et reformandum **Ad hec** quoscumque beneficiatos per nos ad quecumque beneficia ecclesiastica infra Villam et partes predictas admittendos et in eisdem instituendos in realem actualem et corporalem possessionem ecclesiarum et beneficiorum eiusmodi inducendum et induci faciendum Ac inductos per legitima iuris remedia tuendum et defendendum **Ac insuper** de et super heretica pravitate criminumque et criminibus heresis quorumcumque subditorum tam clericorum quam laicorum infra Villam et partes predictas degentium et commorantium quotiens et quando opus fuerit iuxta iuris exigentiam inquirendum et investigandum, Ac quos criminosos culpabiles et delinquentes in hac parte inveneris iuxta et secundum iuris ordinem puniendum et coercendum / obstinatosque et pertinaces quoscumque ac erroribus heresibus et damnatis opinionibus per eos aut eorum aliquem dictis tentis creditis et affirmatis inherentibus et ad sanitatem ecclesie redire nolentes pro hereticis pertinacibus et obstinatis pronunciandum et declarandum Ac eos et eorum quemlibet tanquam hereticos pertinaces et obstinatos Judicio sive Curie seculari relinquendum et tradendum / **Ceteraque** omnia et singula faciendum exercendum et expediendum que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna Vices nostras tibi committimus cum cuiuslibet cohercionis canonice potestate / Teque Commissarium nostrum generalem in Villa Calisie predict' et aliis locis circumvicinis Una cum facultate hanc nostram Commissionem in omnibus et per omnia per te ipsum aut alium vel alios a te substituendum vel substituendos exercendum et exequendum (licet tu citra mare fueris) ordinamus preficimus et constituimus per presentes ad nostrum beneplacitum duntaxat duratur' / Assumpto tibi in actorum tuorum Scribam et Registri tui Custodem dilecto filio nostro magistro Anthonio Huse Registrario nostro principali seu eius in hac parte deputato **In cuius** rei testimonium sigillum nostrum presentibus apponi fecimus / Dat' in Manerio nostro de Lambehith Wintonien' dioc' secundo die mensis Septembris Anno domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo Sexto / Et nostre consecrationis Anno primo /

Commissio ad colligendum Subsidium infra dioc' Cantuarien'

Reginaldus &c. Venerabili confratri nostro domino Ricardo Thornden Dovor' Episcopo suffraganeo Salutem et fraternam in domino charitatem / **Ad** colligendum levandum exigendum et recipiendum per teipsum aut alium seu alios per te ad id tuo periculo deputandum seu deputandos vice et nomine nostris Subsidium dominis Regi et Regine per Prelatos et Clerum Cantuarien' et Ebor'

Provinciam in sacra Synodo per nos sub Anno dni Millimo quingen quinquagesimo quinto ultimo preterito inchoata et celebrata concesso et elargito a quibuscumque Personis tam Civitatis et dioc nre Cantuarien quam aliarum Civitatum et dioc ecclie nre metropolitice Xpi Cantuarien immediate iurisdictionis existen qui ad solutionem huiusmodi Subsidij ex tenore huiusmodi Concessionis quomodolibet tenentur et astringuntur Ac personas huiusmodi totas et singulas ad solutionem dci Subsidij iuxta tenorem dce Concessionis faciend per Censuras ecclesiasticas cogend et compellend Contumaces et Rebelles per fructuum Beneficiorum suorum subtractionem seu alias iuxta et secundum vim formam et effectum Concessionis predicte, etiam cum invocatione Brachij secularis (si opus fuerit) compescend Ac Subsidium predictum debite solventes et satisfacientes acquietand liberand et absolvend, Necnon Acquietantiam et Acquietantias (de parte solummodo et expresse de Rem solutam amplius non petend) dand et concedend Ceteraque omnia et singula faciend gerend exercend et expediend que in Premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet Circumspectioni vre de qua in hijs et alijs plurimum confidimus Vices nras committimus et plenam tenore presentium concedimus facultatem Presentibus ad nrum Beneplacitum duratur. In cuius rei Testimonium Sigillum nrum presentibus apponi fecimus. Dat in Manerio nro de Lambehith Winton dioc vicesimo quarto die Mensis Septembris Anno dni Millimo quingen quinquagesimo sexto Et nre Cons Anno Primo/

Comissio ad admittend magrum Robertum Weston in Advocatum Curie Cantu

Reginaldus miseratione divina tituli Scte Marie in Cosmedin Scte Romane ecclie Pbr Cardinalis Polus Cantuarien Archiepus etc. Predilecto nobis in Xpo magro David Pole legum doctori Curie nre metropolitice Cantuarien de Archubus London officiali Salutem gram et ben/ Literarum Scientia vite probitas morum honestas multaque alia virtutum dona quibus altissimus magrum Robertum Weston legum doctorem haud vulgariter insignivit nos merito inducunt ut personam ipsius singulari studio et favore benevolo prosequamur. Hinc est quod eundem magrum Robertum intuitu meritorum suorum huiusmodi in numerum Advocatorum Curie predict exercentium aggregand et admittend non gravamur/ Ad dispensand igitur cum eodem magro Roberto in forma Curie nre Cantuarien predict admitti et in eadem patrocinari valeat vices nras tenore presentium tibi committimus et specialem elargimur facultatem Statutis et Ordinationibus Curie nre predicte in contrarium editis non obstantibus quibuscumque/ In cuius rei Testimonium Sigillum nrum presentibus apponi fecimus. Dat in Manerio nro de Lambehith Winton dioc decimo tertio die Mensis Octobris Anno dni Millimo quingen quinquagesimo sexto Et nre Cons Anno Primo/

Comissio ad admittend magrum Laurentium Husse in Advocatum Curie Cant

Reginaldus miseratione divina tituli Sancte Marie in Cosmedin Sancte Romane ecclie Pbr Cardinalis Polus Cantuarien Archiepus totius Anglie Primas et apostolice Sedis legatus natus etc. Predilecto nobis in Xpo filio magro David Pole legum doctori Curie nre metropolitice Cantuarien de Archubus London Officiali Salutem gram et ben/ Literarum Scientia vite probitas morum honestas multaque alia virtutum dona quibus altissimus magrum Laurentium Husse legum doctorem haud vulgariter insignivit nos merito inducunt ut personam ipsius singulari studio et favore benevolo prosequamur/ Hinc est quod eundem magrum Laurentium intuitu meritorum suorum huiusmodi in numerum Advocatorum Curie nre predict exercentium aggregand et admittend non gravamur/ Ad dispensand igitur cum eodem magro Laurentio in forma Curie nre Cantuarien predict solita et approbata ut in numerum et Collegium Advocatorum Curie nre predict exercentium admitti et in eadem patrocinari valeat Vices nras tenore presentium tibi committimus et specialem elargimur facultatem Statutis et Ordinationibus dce Curie nre in Contrarium editis non obstantibus quibuscumque/ In cuius rei Testimonium Sigillum nrum presentibus apponi fecimus. Dat in Manerio nro de Lambehith Winton dioc vicesimo septimo die mensis Octobris Anno dni Millimo quingen quinquagesimo sexto Et nre Cons Anno Primo/

Electio Reverendissimi dni Reginaldi Cardinalis Poli in Cancellarium Universitatis Oxon/

Universis Xpi fidelibus has presentes nras visuris lecturis sive audituris Universitatis Oxon Cancellarius natus Ad quem ois et omnimoda potestas et iurisdictio ad ipsum Cancellarium existentem et electum pertinent nunc cum officio vacante evidenter particulariter devolvitur/ Necnon alij ois et singuli supradicte Universitatis doctores, et magri Salutem in Auctore Salutis ac fidem indubiam presentibus adhibere/ Cum sui Ordinis vir ornatissimus de Academia nra turbulentis et iniquis schismatis temporibus insigniter meritus, Johes Masonus nuper nr Cancellarius bis fuit ad totam Academiam scriptis sigilloque suo munitis prius sponte simpliciter et pure Cancellarii muneri et officio cessit, totumque ius suum et titulum in eodem penitus resignavit et dimisit, vobis per has scripta significand et patefaciend duximus. Cum nos autem Cancellarius natus ceterique Doctores et magistri ad quos huius electionis negotium spectat vicesimo sexto die Octobris ultimo iuxta veterem statutorum in ea parte editorum formam et antiquam consuetudinem in ecclesia beate Marie et loco ibidem ad quod magna frequentia et nostram Regentium Congregationem specialiter deputato et destinato convenimus, ibique post [illegible] lectionem et acceptam resignationem, quod cum diuturna sint officii vacatio multa possit inferre studiis et moribus dispendia, celeriter Academie nostre suo capite et rectore (a quo morum integritas studiorum profectus, totius denique corporis quies et tranquillitas pendet) destitute et orbate prospiciend et consulend duximus. Porro eisdem vero die et loco diligenti tractatione et matura deliberatione premissa, ex consilio unanimi consensu concordibus votis et suffragiis omnium facultatum Reverendissimum in Christo patrem et dominum dominum Reginaldum miseratione divina tituli Sancte Marie in Cosmedin Sancte Romane ecclesie presbyterum Cardinalem Polum nuncupatum et apostolice sedis non solum Legatum natum verum etiam ad Serenissimos principes [illegible] et Mariam Anglie Reges de latere Legatum, olim predicte Academie alumnum gratissimum, nunc vero totius Regni decus et ecclesie Anglicane singulare columen, qui indefessa cura assidua cogitatione anxia et paterna solicitudine fide vitiorum et errorum portenta expellendo, veterem disciplinam suo vigori restituendo, interruptos mores solidamque doctrinam instaurando, benevolentiam studium amorem et pietatem qua Academiam prosequitur quotidie declarare non desinit, Cancellarium perpetuum eligimus et iuxta felicis recordationis Urbani Pape quinti universitati predicte concessionem factam eligendo confirmamus, eidemque Reverendissimo patri tanquam observantie nostre erga eum specimen et pignus unacum predicto Cancellariatu quecunque in vicecancellarium suum [illegible] canonice [illegible] et vigore [illegible] sunt nominandi necnon duos quos ad hoc voluerit deputare [illegible] et [illegible] consensu ante facultatem cathedris preficiend quoad vixerit (nisi et [illegible]) facultatem et potestatem [illegible] consilio et confirmatione non expectata specialiter liberam facultatem et potestatem damus et concedimus. In cuius rei testimonium et concessimus quemadmodum [illegible] premissorum testimonium presentes literas nostras sigilli communis eiusdem universitatis munimine roboravimus. Datum in domo nostre Congregationis vicesimo die Novembris Anno Domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo sexto.

Comissio magri Thome Raynolde vicecancellarii universitatis Oxon

Reginaldus miseratione divina tituli Sancte Marie in Cosmedin Sancte Romane ecclesie presbyter Cardinalis Polus Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie primas et apostolice sedis Legatus natus, necnon ad Serenissimos in Christo principes Philippum et Mariam Anglie Reges et totum Anglie Regnum Sanctissimi domini nostri Pape et eiusdem apostolice sedis etiam de latere Legatus, ac alme universitatis Oxon perpetuus Cancellarius, **Predilecto** nobis in Christo magistro Thome Raynolde sacre Theologie professori ecclesie cathedralis Christi Oxon decano, salutem, gratiam et benedictionem. **De** sacrarum literarum eminenti scientia quam deus optimus maximus sacri sui spiritus afflatu insignivit, vite sinceritate, morum gravitate ac in rebus tam ecclesiasticis quam secularibus feliciter gerendis dexteritate, necnon et circumspectionis industria longi temporis usu perspecta, firmam in domino spem obtinentes, te vicecancellarium sive commissarium nostrum in dicta Academia nostra Oxon (cum in persona nostra propria esse non possimus) durante beneplacito et facultate faciend, gerend et exequend ea omnia et singula que ad officium Cancellariatus in predicta universitate de iure privilegiis more [illegible] statutis ac ordinationibus universitatis spectare dignoscuntur, laudabilibus et approbatis consuetudinibus eiusdem universitatis, et que necessario vigore officii predicti in persona nostra fieri et exequi possunt, in nostra absentia supplend [illegible] facimus ordinamus et constituimus per presentes ad nostrum beneplacitum duraturum. Datum in Palatio Regio apud Sanctum Jacobum prope Westmonasterium London dioc sexto die Mensis Novembris Anno Domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo sexto, et nostre consecrationis Anno Primo.

Licentia predicandi

Reginaldus miseratione divina tituli Sancte Marie in Cosmedin Sancte Romane ecclesie presbyter Cardinalis Polus Cantuariensis Archiepiscopus etc. **dilecto** nobis in Christo Thome Nello presbytero Cicestren dioc salutem in domino sempiternam. **Literarum** scientia, morum honestas, ac alia probitatis et virtutum merita quibus apud nob fidedigno commendat testimonio merito nos inducunt ut personam tuam favore benevolo prosequamur Ad predicand igitur et exponend verbum dei publice sermone latino vel vulgari Clero et populo in quibuscumque ecclesiis ac aliis locis ad hoc congruis et honestis ubicumque infra Civitatem et Dioc nram Cantuarien situatis Tibi quod diu nobis placuerit et laudabiliter te in hac parte gesseris Licentiam tenore presentium impartimur et plenam in dno concedimus facultatem Constitutionibus provincialibus in ea parte in contrarium editis non obstantibus quibuscumque Omnibusque in statu gratie existentibus et sermones tuos audientibus quadraginta dies indulgentie concedimus per presentes **In cuius** rei testimonium Sigillum nostrum parvum presentibus apposuimus Dat decimo sexto die mensis Novembris Anno Dni Millesimo quingentesimo quinquagesimo Sexto Et nre Consecr Anno Primo

Lre missive Rmi

After my hartie commendacons Whereas the Office of the Burser of Arts Burser of lawe, Rector of Divinitie, Dean of Arts, and Dean of lawe within Allsoules Colledge in Oxford of my foundacon been nowe vacant And by the Statute of that Colledge been come to my gifte, nomination and disposition, I desirouse to have godde honor duely observed and the Scollers ffellowes and ministers of the same to proffitte in their severall vocations as appertayneth for the more Benefitte of the same have thought good to name and appointe unto the said severall offices the parsons underwritten Willing and requiring you severally to place the said parsons in the same Office accordingly That is to say Edward Bagshawe Mr of Arts to be Burser of Arts Richard Owen Batcheler of lawe to be Burser of the facultie of lawe Thomas Bastard Batcheler of Divinitie to be Rector of Divinitie ffraunce Babington Mr of Arts to be Dean of Arts And John Lloyd Batcheler of lawe to be Dean of that facultie within the said Colledge For the expedition and accomplishment of all the premisses these my lres shalbe to you and eny of you whome the same concerneth in this behalfe a sufficient warrant and discharge Thus fare you hartely well from the Courte the first of December 1556

To my lovinge ffrend Mr Seth Holland warden of Allsoules
Colledge in Oxford, or in his absence to the Subwarden of the same

dispensatio Roberti
Gate Vicarij de
Leysdowne de non
residend etc

Memorand Qd in Visitacoe ordinaria Reverendissimi in xpo Patris et Domini Dni Reginaldi miseratione divina tituli Sancte Marie in Cosmedin Sancte Romane ecclesie Pbri Cardinalis Poli Cantuar Archiepi in et per Civitatem et Dioc Cantuar exercita mense Maij Anno Dni Millesimo quingentesimo quinquagesimo Sexto Robertus Gate Clericus Vicarius perpetuus Vicarie perpetue ecclesie Parrochialis de Leysdowne Cantuarien Dioc Quandam facultatem et licentiam de non residendo in dicta Vicaria perpetua per Thomam Cranmer nuper Archiepum Cantuarien ipsa auctoritate regia nuper concessam exhibuerit tenorem subscriptum de verbo in verbum in se continen **Thomas** permissione divina Cantuarien Archiepus totius Anglie Primas et metropolitanus ad infrascripta auctoritate parliamenti Anglie legitime fulcitus Dilecto nobis in xpo Roberto Gate Vicario perpetuo ecclesie Parrochialis de Leysdon Cantuarien Dioc Pbro Salutem graciam et ben Certis ex certis causis rationabilibus et considerationibus legitimis pro parte tua coram nobis expositis et per nos (previo examine debito) approbatis ac presertim pro eo quod oculorum tuorum distilluvio laboras aliisque Corporis tui infirmitatibus multipliciter crucians ut per te vel per alium Sacerdotem et ministrum idoneum debite inservire et onera eiusdem congrue supportare ab eadem durantibus premissis tui Corporis morbis et infirmitatibus ac sex mensibus immediate sequentibus postquam eisdem sanatus fueris abesse ac te alibi mediis Causa continue libere et licite valeas et possis auctoritate predicta quantum in nobis est et Statuta Regni non adversantur dispensamus Contrariis Ordinationibus non obstantibus quibuscumque Dat in Manerio nro de Lambehithe sub nro Sigillo ad facultates Sexto die mensis Augusti Anno Dni Millesimo quingentesimo quinquagesimo Et nre Consecr Anno decimo octavo. Nicus Wottonus Comiss Ricus Lyell Johes Griffith Regr Mro ad facultates Clericus

Lre testimoniales super
Dimissione Oliveri Tn
no ab Officio dni etc

Reginaldus miseratione divina tituli Sancte Marie in Cosmedin Sancte Romane ecclesie Pbr Cardinalis Polus Cantuarien Archiepus totius Anglie Primas et aplice Sedis legatus natus Et Universis et singulis xpi fidelibus presentes literas nostras testimoniales visuris lecturis vel audituris Salutem gratiam et ben Ad universitatis vestre noticiam deducimus et deduci volumus per presentes Qd cum quidam Oliverus

Turnor Conjugatus de Villa Calisie Morinen' dioc' nostre et ecclesie nostre Xpi Cantuarien' Jurisdictionis immediate, de et super crimine incontinentie cum quadam Catherina Carowne muliere soluta famula sua domestica per eum comisso et perpetrato dilecto nobis in Xpo magistro David Pole legum doctori Vicario nostro in spiritualibus generali et Officiali suo fama publica referente et insinuante notatus et detectus fuerit, Idem magister David Pole in negocio huiusmodi rite et legitime procedens Ac eundem Oliverum Turnor crimen huiusmodi cum dicta Catherina Carowne ex confessione ipsius Oliveri coram eodem Vicario nostro in spiritualibus generali per Georgium Harrison procuratorem suum in hac parte legitime constitutum iudicialiter habita et facta comisisse et perpetrasse comperiens et inveniens eidem Olivero penitentiam salutarem et condignam pro crimine huiusmodi cum eadem Catherina Carowne sic (ut premittitur) comisso et perpetrato iniunxit / Et quia idem Oliverus Turnor more penitentis sese humiliter submittendo quod penitentiam in se assumpsit et superinde canonice satisfecerit, Ideo dictus noster Vicarius in spiritualibus generalis ipsum Oliverum ab officio suo salvo iure cuiuscunque absolvit et dimisit **In cuius** rei testimonium sigillum nostrum presentibus apponi fecimus / Dat' in Manerio nostro de Lambehith octavo die Mensis Februarii Anno Domini iuxta computationem ecclesie Anglicane Millesimo quingentesimo quinquagesimo sexto / Et nostre Cons' Ao primo /

Comissio ad admittendum Gilbertum Potter in procuratorem Curie Cantuar'

Reginaldus miseratione divina tituli Sancte Marie in Cosmedin Sancte Romane Ecclesie presbiter Cardinalis Polus Cantuarien' Archiepiscopus totius Anglie Primas et apostolice sedis legatus natus Et **dilecto** nobis in Xpo magistro David Pole legum doctori Curie nostre metropolitice Cantuarien' de Archubus London' Officiali seu alii eiusdem Curie presidenti cuicunque Salutem gratiam et benedictionem / **Literarum** scientia, prudentia in causis agendis aliaque virtutum et probitatis dona quibus dilectus nobis in Xpo Gilbertus Potter notarius publicus insignitur nos merito inducunt ut personam ipsius favore benevolo prosequamur eique gratiam impertiamur specialem / **Ad** dispensandum igitur cum eodem Gilberto Potter ut in numerum procuratorum generalium dicte Curie nostre recipi et admitti et in eadem procuratoris officium publice exercere valeat, ipsumque procuratorem huiusmodi admittendum et preficiendum in eadem, ac in numero procuratorum exercentium in dicta Curia nostra aggregandum tibi vices nostras committimus et plenam in dicto tenore presentium concedimus facultatem Statutis et Ordinationibus dicte Curie nostre in contrarium forsan editis et promissis non obstantibus quibuscunque **In cuius** rei testimonium sigillum nostrum presentibus apponi fecimus / Dat' in Manerio nostro de Lambehith Winton' dioc' vicesimo quarto die Mensis Februarii Anno Domini iuxta computationem ecclesie Anglicane Millesimo quingentesimo quinquagesimo sexto / Et nostre Cons' Anno Primo /

Comissio ad admittendum magistrum Willm Mowse in Advocatum Curie Cantuarien'

Reginaldus miseratione divina tituli Sancte Marie in Cosmedin Sancte Romane Ecclesie presbiter Cardinalis Polus Cantuarien' Archiepiscopus totius Anglie Primas et apostolice sedis legatus natus Et **predilecto** nobis in Xpo magistro David Pole legum doctori Curie nostre metropolitice Cantuarien' de Archubus London' Officiali aut alii eiusdem Curie presidenti cuicunque Salutem gratiam et benedictionem / **Literarum** scientia vite probitas morum honestas multaque alia virtutum dona, quibus altissimus magistrum Willm Mowse legum doctorem haud vulgariter insignivit, nos merito inducunt ut personam ipsius singulari studio et favore benevolo prosequamur Hinc est quod eundem magistrum Willm intuitu meritorum suorum huiusmodi in numerum Advocatorum Curie nostre predicte exercentium aggregandum et admittendum non gravamur **Ad** dispensandum igitur cum eodem magistro Willmo in forma Curie nostre Cantuarien' predicte solita et approbata ut in numerum et Collegium Advocatorum eiusdem Curie nostre admitti et in eadem patrocinari valeat, vices nostras tenore presentium tibi committimus et specialem elargimur facultatem Statutis et Ordinationibus dicte Curie nostre in contrarium editis non obstantibus quibuscunque **In cuius** rei testimonium sigillum nostrum presentibus apponi fecimus / Dat' in Manerio nostro de Lambehith Winton' dioc' nono die mensis Martii Anno Domini iuxta computationem ecclesie Anglicane Millesimo quingentesimo quinquagesimo sexto / Et nostre Cons' Anno Primo

Licentia vescendi lacticiniis concessa domino Johanni Baker militi

Reginaldus miseratione divina tituli Sancte Marie in Cosmedin Sancte Romane Ecclesie presbiter Cardinalis Polus Cantuarien' Archiepiscopus totius Anglie Primas et apostolice sedis legatus natus Et **dilecto** nobis in Xpo Johanni Baker equiti aurato Salutem gratiam et benedictionem / **Porrecta** nobis nuper pro parte tua peticio continebat Quod

Propter senium ac etatis tue provecte imbecillitatem et alias quasdam corporis tui infirmitates quibus affligeris assidue piscium et lacticiniorum et salsorum esus corpori tuo admodum nocivus existit, Tibique ex eorum esu non modicum undique circa corporis tui valitudinem preiudicium generatur, Nos saluti corporis tui incolumitati quantum in deo possumus consulere cupientes Tibi igitur ut quadragesimalibus et aliis anni temporibus in tui refectione butiro, caseo, lacte, ovis et aliis lacticiniis absque conscientie scrupulo libere et licite uti et vesci possis et valeas licentiam et facultatem iuxta ordinationem tibi harum serie graciose largimur et indulgemus ac tecum in hac parte dispensamus per presentes prohibitionibus et constitutionibus ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque / **In** cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus / Dat in Palacio nostro de Lambehith Winton Dioc octavo die Mensis Iulij Anno Domini iuxta computationem ecclesie Anglicane Millesimo quingentesimo quinquagesimo sexto / Et nostre Cons Anno Primo /

Dispensatio Willelmi Masey ad duo Beneficia retinenda /

David Poole Legum doctor Reverendissimi in Christo patris et domini domini Reginaldi miseratione divina tituli Sancte Marie in Cosmedin Sancte Romane Ecclesie presbiteri Cardinalis Pole Cantuariensis Archiepiscopi totius Anglie primatis et apostolice sedis legati nati Necnon ad Serenissimos in Christo Principes Philippum et Mariam Anglie Reges et universum Anglie Regnum Sanctissimi domini nostri Pape et eiusdem apostolice sedis etiam de latere legati Vicarius in spiritualibus generalis et officialis principalis rite et legitime constitutus / **Dilecto** nobis in Christo Willelmo Masey presbitero Salutem in domino sempiternam / **Literas** commissionales dicti Reverendissimi patris Sigillo suo ad facultates in quadam capsa stannea cera rubea in filis sericis coloris rubei inclusa sigillatas nobis directas ac pro parte tua nobis presentatas nuper recepimus tenorem subscriptum de verbo in verbum in se complectentes / **Reginaldus** miseratione divina tituli Sancte Marie in Cosmedin Sancte Romane Ecclesie presbiter Cardinalis Polus Archiepiscopus Cantuariensis Sanctissimi domini nostri Pape et sedis apostolice ad Serenissimos Philippum et Mariam Anglie Reges et universum Anglie Regnum de latere legatus, Dilecto ac nobis in Christo dilecto David Pole in Provincia nostra Cantuariensi nostro in spiritualibus Vicario generali Salutem in domino sempiternam / **Ex parte** Willelmi Masey presbiteri nostre Cantuariensis diocesis nuper nobis expositum fuit Quod postquam ipse [illegible] de Hope eiusdem nostre diocesis parrochialem ecclesiam obtinuisset Cumque in eius possessione existeret aliam beate Marie in Marisco etiam nostre diocesis parrochialem ecclesiam obtinuisset Cumque in eius possessione existeret aliam beate Marie in Marisco etiam nostre diocesis parrochialem ecclesiam obtinuit et absque indulgentia apostolice sedis utramque per aliquod tempus detinuit fructusque ex eis provenientes illicite percepit Sententias censuras et penas contra tales de iure latas damnabiliter incurrendo / Cum autem ipse Willelmus (prout eadem subiungebat expositio) errorem in premissis suum agnoscat et de illo plurimum doluerit et doleat Propterea nobis humiliter supplicari fecit Quatenus ipsum a premissis excessibus et censuris ac penis per eum propterea incursis absolvere ac omnem inhabilitatem et infamie maculam sive notam exinde contractam ab eo auferre, Secumque ut statum suum decentius tenere et hospitalitatem commodius servare valeat Quatenus eadem Beneficia que sibi invicem contigua et adiacentia existunt et quorum insimul fructus redditus et proventus triginta quatuor librarum huius monete secundum communem estimationem valorem annuum non excedunt sibi de novo alias legitime conferenda recipere et ad vitam retinere possit dispensare de benignitate apostolica posset / **Nos** igitur considerantes quod ad penitentiam redeuntibus sedis apostolice clementia veniam negare non solet, Ac attendentes hoc in Regno maxime idoneorum ministrorum ecclesiasticorum defectum, Cumque propter vicinitatem ecclesiarum idem Willelmus (de cuius alioqui vite ac morum honestate, litterarum scientia ac aliis ad dictas ecclesias regendas idoneitate fuimus informati) utrique commode poterit intendere, Dictum Willelmum a quibusvis excommunicationis suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis censuris et penis a iure vel ab homine quavis occasione vel causa latis si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes et absolutum fore censentes, Discretioni tue de qua in hiis et aliis plurimum confidimus auctoritate apostolica nobis in hac nostra legatione concessa et qua fungimur in hac parte tenore presentium committimus Quatenus eundem Willelmum ab excessibus prefatis et censuris ac penis per eum propterea quomodolibet incursis absolvens ab eoque omnem inhabilitatem et infamie maculam sive notam exinde contractam abolens cum eodem ut una cum dicta quam obtinuit parrochialem ecclesiam et si ea que tam circa situationem et valorem Beneficiorum huiusmodi quam circa personarum sufficientiam et ministrorum ecclesiasticorum prefatum in nostra diocesi defectum sunt premissa vera esse reperies, super quibus conscientiam tuam oneramus, etiam alteram cum ea possit ipse ac suo certo tempore in una, et alio in altera earum quod sibi magis expedire videbitur continue residebit ac personaliter deserviet sub pena amissionis utriusque in eventum contrarii tibi etiam medio juramento se obstringeret sibi de novo alias canonice conferendi absque alicuius preiudicio recipere et insimul quoad vixerit retinere et utriusque fructus percipere libere et licite possit et valeat auctoritate apostolica fidei specialibus dono gratie dispensaret sibique pariter indulgeat ac fructus redditus et proventus ex dictis beneficiis illicite perceptos aliquo tamen prius per eum quod in fabricam ipsarum utilitatem seu aliud pium opus convertatur arbitrio tuo erogato sibi remittat et condonet. Premissis necnon generalis concilii aliisque apostolicis ac bone memorie Othonis et Othoboni olim hoc in regno sedis apostolice legatorum predecessorum nostrorum ac in provincialibus et synodalibus conciliis editis specialibus vel generalibus constitutionibus et ordinationibus statutis et consuetudinibus ecclesiarum prefatarum etiam juramento confirmatione apostolica roboratis ceterisque contrariis non obstantibus quibuscunque. Proviso tamen quod debitis propterea non fraudentur obsequiis et animarum cura in eisdem nullatenus negligatur sed earum onera congrue supportentur consueta. Dat. in Palatio nostro apud Sanctum Jacobum prope Westmonasterium Anno a nativitate domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo septimo Idibus Octobris Pontificatus Sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Pauli divina providentia eius nominis Pape quarti Anno tertio.

Quarum quidem literarum commissionalium vigore oblatis Reverendissimi patris committentis reverentiam et honorem in nos assumentes ac iuxta earum continentiam rite procedentes causa cognitione previa partim ex facti notorietate et partim ex fidedignorum relatione et insinuatione supradicta ex parte tua eidem Reverendissimo patri tam circa ecclesiarum parochialium de Hope et beate Marie prefatarum situationem et valorem quam personarum tuam sufficientiam et ministrorum ecclesiasticorum maximam raritatem infra dioc. Cantuariensem deserviendi vera fuisse et esse comperimus et invenimus. Itaque te a quibuscunque excommunicationis suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis censuris et penis a iure vel ab homine quavis occasione vel causa latis ac per te ex causis et occasionibus in dictis literis commissionalibus expressis incursis et in quibus quomodolibet innodatus existis in persona Willelmi [illegible] clerici procuratoris tui in hac parte legitime constituti absolventes et absolutum fore censentes ac a te omnem inhabilitatis et infamie maculam exinde contractam penitus abolentes. Prestito primitus per eundem procuratorem tuum pro te et in animam tuam coram nobis juramento corporali quod tu suo certo tempore in una et alio in altera ecclesiarum prefatarum prout eidem Reverendissimo patri et nobis magis expedire videbitur continue residebis ac personaliter deservies (vel duo ex dictis quam malueris ecclesiis et curam etiam alteram ex eisdem tibi de novo alias canonice conferendi absque alicuius preiudicio recipere et insimul quoad vixeris retinere et utriusque fructus percipere libere et licite possis et valeas auctoritate apostolica nobis in hac parte commissa iuxta earundem formam et effectum literarum commissionalium huiusmodi tecum dispensamus tibique Willelmo predicto indulgemus. Ac fructus ex eisdem ecclesiis per te habitos illicite perceptos (quadraginta solidorum monete Anglie ex summa quam in dictis ecclesiarum predictarum et pauperum earundem parochianorum de Hope et beate Marie per te erogari et distribui volumus et mandamus, super quo conscientiam tuam coram altissimo oneramus) tibi harum serie remittimus et donamus. Premissis et generalis concilii aliisque apostolicis necnon bone memorie dominorum Othonis et Othoboni olim in hoc regno Anglie sedis apostolice legatorum ac in provincialibus et synodalibus conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus et ordinationibus statutisque et consuetudinibus ecclesiarum prefatarum etiam juramento confirmatione apostolica vel quavis alia firmitate roboratis ceterisque contrariis quibuscunque non obstantibus. Proviso tamen quod debitis propterea non fraudentur obsequiis et animarum cura in eisdem nullatenus negligatur sed earum onera congrue supportentur consueta. **In cuius** rei testimonium sigillum quo in similibus utimur presentibus apponi fecimus. Dat. vicesimo quarto die mensis Martii Anno domini iuxta computationem ecclesie anglicane Millesimo quingentesimo quinquagesimo septimo.

Commissio ad admittendum Franciscum Harvard in procuratorem Curie Cant.

Reginaldus miseratione divina tituli Sancte Marie in Cosmedin Sancte Romane ecclesie presbiter Cardinalis Polus Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie primas et apostolice sedis legatus natus etc. **Predilecto** nobis in Christo magistro David

Pole legum doctori Curie nostre metropolitice Cantuarien' de Archubus London' Officiali aut alicuicumque Curie presidenti cuicumque Salutem graciam et ben' / [illegible] Studiis prestit' in rebus agendis aliisque virtutibus et probitatis dona quibus dilectus filius Franciscus Harward Notarius publicus insignitur nos merito inducunt ut personam ipsius favore benevolo et gratiis tibi prosequamur, eique graciam impartiamur specialem. Ad dispensandum igitur cum eodem Francisco Harward ut in numerum procuratorum generalium dicte Curie nostre recipi et admitti ac in eadem procuratoris officium exercere valeat, ipsumque procuratorem quod admittendum et prefigendum in eadem, atque in numerum procuratorum generalium exercentium in dicta Curia aggregandum, dicte vobis tibi committimus et plenam in dicto tenore presentium concedimus facultatem, Statutis et ordinationibus dicte Curie nostre in contrarium forsan editis et provisis non obstantibus quibuscumque. **In cuius** rei testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus / **Dat'** in Manerio nostro de Lambehith Winton' dioc' Tertio die mensis Maii Anno domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo Septimo / Et nostre Consecrationis Anno Secundo /

Sequestratio fructuum ecclesie de Sturmouth propter absentiam Rectoris

Reginaldus miseratione divina tituli Sancte Marie in Cosmedin Sancte Romane Ecclesie presbiter Cardinalis Polus Cantuarien' Archiepiscopus totius Anglie Primas et apostolice Sedis legatus natus etc. **Dilectis** nobis in Christo Andree Tobye et Thome Bederwode parochie de Sturmouth nostre Cantuarien' dioc' Salutem graciam et ben' / Cum ex gravi querela nonnullorum fidedignorum ac fama publica et facti notorietate referentibus nuper accepimus Quod Walterus Jones Rector ecclesie parochialis de Sturmouth predict' a prefata ecclesia sua parochiali toto tempore incumbentie sue in eadem se continue absentavit prout etiam se absentat in presenti Curam animarum parochianorum ibidem sibi commissam negligendo et deserendo negligitque et deserit in presenti nullam ibidem faciens personalem residentiam, Cuiusque Chorus et Cancellus dicte ecclesie parochialis ac Mansum principale et cetera edificia Rectorie ibidem pertinentia incuria Culpa negligentia et omissione ipsius Walteri admodum ruinosa defectuosa et dilapidata ac quasi funditus prostrata (quod dolenter referimus) existunt in anime ipsius Walteri Rectoris animi grave periculum dicteque ecclesie parochialis ac parochianorum ibidem preiudicium et dampnum non modicum et Scandalum. **Nos** eius incuriam Culpam et negligentiam conniventibus oculis preterire nolentes Sed Curis nobis a deo creditis prospicere et consulere pro officio nostro pastorali volentes ac Scandala omnia ab ecclesia dei amovere ex officio affectantes Omnes et singulos fructus redditus Decimas, proventus, obventiones, Commoditates et alia emolumenta dicte ecclesie duximus ex officio nostro (Justicia ita exigente) sequestrandum, et eorum Sequestri nostri Custodiam vobis committendam prout etiam eadem sic sequestramus et vobis committimus per presentes / Ad publicandum igitur et denunciandum huiusmodi Sequestrum nostrum omnibus et singulis quorum interest in hac parte Necnon ad colligendum levandum et percipiendum omnes et singulos fructus Decimas proventus obventiones Commoditates et emolumenta ecclesiastica quecumque ad dictam ecclesiam parochialem de Sturmouth et eius Rectorem pro tempore existentem quoquo modo spectantia et eorum cuilibet et sic collecta levata et percepta sub salvo et securo Sequestro custodiendum et conservandum Ac que tempore et mora de facili futura sunt deteriora iusto precio alienandum et vendicioni exponendum / Atque de collectis levatis et perceptis huiusmodi Curam dicte parochie in divinis et aliis requisitis debite deserviri et alia onera eidem incumbentia supportari Necnon Chorum et Cancellum dicte ecclesie parochialis de Sturmouth ac Mansum principale et cetera edificia Rectorie ibidem pertinentia debite reparari emendari et supportari faciendum et procurandum / Atque de residuo sic collect' levat' et percept' fidelem nobis Compotum cum suis Racionibus quando ad hoc congrue fueritis requisiti iuste reddendum / Ceteraque omnia et singula alia faciendum, gerendum et exercendum que in hac parte de iure necessaria fuerint seu quomodolibet requisita vobis divisim et coniunctim nostra [illegible] committimus per presentes tantisper duraturas quousque duxerimus revocandum et relaxandum / **In cuius** rei testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus Dat' in Manerio nostro de Lambehith Winton' dioc' decimo quarto die mensis Maii Anno domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo septimo / Et nostre Consecrationis Anno Secundo /

Dispensatio Thome Twisten monachi

Vicesimo die mensis Maii Anno domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo Septimo in Collegio Advocatorum Curie Cantuar' de Archubus vulgariter dict' the Doctors Comons in loco iudiciali per nos [illegible] infra parochiam Sancti Benedicti [illegible] Civitatis et dioc' London' notorie sit' et situat' coram venerabili viro magistro

David Pole legum doctore Reverendissimi in Christo patris et domini domini Reginaldi Cardinalis Poli
Cantuarien Archiepiscopi et Vicario in spiritualibus generali in presentia mei Johannis Incent notarii
publici deputati magistri Anthonii Husse Registrarii primarii et Constitutus personaliter Tho=
mas Twisden als Bede diaconus ordinis sancti Benedicti professor exhibuit quasdam
literas commissionales dicti Reverendissimi patris eidem magistro David Pole direct. Quibus
per ipsum receptis et inspectis ac diligenter ponderatis idem magister Pole omni reverentia qua
earundem ob tanti Reverendissimi patris committentis reverentiam et honorem ad petitionem dicti
Thome in se acceptavit et decrevit procedendum fore iuxta earum formam et effectum earundem /
Quibus sic factis dictus iniunxit eidem Thome penitentiam sequentem viz quod ipse
Thomas citra festum Penthecostes proxime sex dicat et recitet psalterium David ac citra dictum
festum distribuat pauperibus xxs in pecunia numerata / Et tunc prestito iura-
mento eundem Thomam Twisden de parendo dictam penitentiam dictus eum absolvit et et cum eo
dispensavit et iuxta tenorem literarum commissionalium predict. presentibus tunc et ibidem venerabili
viro magistro Nicholao Harpesfeld Archidiacono Cantuar, Roberto Weston legum doctore
et aliis testibus et tenor vero dispensacionis huiusmodi ac literarum commissionalium de qui=
bus supra fit mentio de verbo in verbum sequuntur et sunt tales / **David Pole**
legum doctor Reverendissimi in Christo patris et domini domini Reginaldi miseratione divina tituli Sancte
Marie in Cosmedin Sancte Romane ecclesie presbiteri Cardinalis Poli Cantuarien Archiepiscopi
et Vicarius in spiritualibus generalis et officialis principalis rite et legitime constitutus **Di=
lecto** nobis in Christo Thome Twisden als Bede diacono Cantuarien dioc. ordinis sancti
Benedicti professori salutem in Auctore salutis. Literas commissionales dicti Reverendis-
simi patris sigillo suo ad facultates in quadam capsa stannea cera rubea cum filis seri=
cis coloris rubei intus et sigillatas ac pro te nobis presentatas nuper cum omni reverentia debita
recepimus sub eo qui sequitur verborum tenore **Reginaldus** miseratione divina tituli
Sancte Marie in Cosmedin Sancte Romane ecclesie presbiter Cardinalis Polus Archiepiscopus Cant
Sanctissimi domini nostri pape et sedis apostolice ad serenissimos Philippum et Mariam Anglie Reges
et universum Anglie Regnum de latere legatus dilecto et nobis in Christo dilecto David Pole
in Archiepiscopatu Cantuarien nostro in spiritualibus Vicario generali salutem in domino sempiternam
Ex parte Thome Twisden als Bede diaconi nostre dioc. ordinis sancti Benedicti
professoris nobis expositum fuit, quod ipse post dissolutionem Monasterii de Battell eiusdem
ordinis Cicestren dioc. quod ingressus fuerat, et in quo habitum per illius monachos gestari
solitum susceperat, professionemque ibi consuevit emitti regularem emiserat, et ad sacrum dia=
conatus ordinem promotus fuerat, introducto hoc in Regno perniciosissimo schismate facta,
absque apostolice sedis licentia habitu suo regulari dimisso et quod est clerici secularis assumpto
extra loca regularia per diversa seculi vagatus fuit. Et durante schismate predicto constitutionibus
domos fundos aliaque bona immobilia secundum leges pro ... auctoritate Parliamenti tunc de facto editas
acquisivit et per aliquot annos retinuit schismatis et apostasie reatum necnon sententias
censuras et penas contra tales latas damnabiliter incurrendo. Cum autem (sicut eadem subiun=
gebat expositio) idem Thomas de premissis per eum commissis plurimum doluerit et doleat
de presenti, cupiatque ab illis et censuris ac penis propterea incursis absolvi et ecclesie unitati
restitui ac alias statui suo providere. Nobis propterea humiliter supplicari fecit quatenus
sibi de opportuno super premissis absolutionis et dispensationis remedio de benignitate
apostolica providere dignaremur. Nos igitur considerantes quod ad se redeuntibus gremium
non claudit ecclesia ac propter penuriam ministrorum ecclesiasticorum hoc in Regno defectum aliisque
rationabilibus causis ad infrascripta concedenda moti, discretioni tue (de qua in hiis et aliis plurimum
confidimus) auctoritate apostolica nobis hac in nostra legatione concessa, et qua fungimur in hac parte tenore
presentium committimus, quatenus (si est ita) eundem auctoritate apostolica dictum Thomam (cognita in eo vera
et non ficta aut simulata penitentia) a quibusvis excommunicationis suspensionis et interdicti aliisque eccle=
siasticis sententiis, censuris et penis a iure vel ab homine quavis premissorum occasione
in eum latis et promulgatis etiamsi eas per plures annos sustinuisset et in eis insorduis=
set necnon schismatis et apostasie reatu et excessibus huiusmodi iniuncta inde sibi pro
modo culpe penitentia salutari in forma ecclesie consueta in utroque conscientie scilicet et con=
tentiosi foro plenarie absolvas et liberes eumque unitati ecclesie restituas aliorum christifide=
lium consortio aggreges necnon cum eodem dummodo alioqui sibi ac morum honestas
literarum scientia aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita sibi suffragentur,
super quo conscientiam tuam oneramus super irregularitate per eum quavis premissorum
occasione contracta, quodque illa et premissis non obstantibus dictis tam minoribus quam
sacris subdiaconatus et diaconatus alias tamen rite et recte per eum susceptis ordinibus uti et
ad sacrum presbiteratus ordinem alias tamen rite et recte ascendere et donec regularia loca
restaurata fuerint, sive alias ad sedis apostolice beneplacitum extra loca regularia huiu

in honesta toga clerici secularis remanere, et alicui Beneficio ecclesiastico curato, si illud obtinueris consueto deservire et bona predicta que de presenti retinet non tanquam propria sed tantum in usum ad eius sustentationem concessa administrare libere et licite possit et valeat misericorditer in dno dispensavit ac omnem inhabilitatem et infamie maculam sive notam ex premissis circa eum quomodolibet insurgentem penitus abolevit, ipsumque in pristinum et eum in quo ante premissa quomodolibet erat statum plenarie restituit reposuit et reintegravit, premissis et regula de insordescentibus aliisque constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque, Voluit autem quod idem Thomas de fructibus ex bonis suis provenientibus qui necessitatibus suis superfuerint elemosinas seu in pias erogationes facere teneatur, Ac quod bona prefata post dicti Thome mortem dicto Monasterio prefato vel Religioni vel in aliquem usum pium arbitrio dicti Ordinarii pro tempore existentis applicentur, Dat Grenewici Roffen dioc Anno a Nativitate Dni Millesimo quingentesimo quinquagesimo septimo duodecimo Kl Martii Pontificatus sanctissimi in Christo patris et dni nri dni Pauli divina providentia Pape quarti Anno secundo, **Quarum quidem** literarum commissionalium dicti obtenti Reverendissimi patris committentis honore et reverentia in nos assumptis ac iuxta eandem continentiam rite procedentes Cum compererimus te prenominatum Thomam Croidon omnia et singula pro parte tua prefato Reverendissimo patri exposita et suggesta in dictis literis commissionalibus contenta et specificata perpetrasse et commisisse ac de eis penitentia dolere, et ea pretiis largiter deplorare (cognita vere vera et non ficta aut simulata penitentia) Igitur te prefatum Thomam primitus de parendo mandatis a nobis pro commissis et delictis tuis in dictis literis commissionalibus expressatis rite et salubriter tibi iniuncta salutaria ad sancta dei Evangelia per te corporaliter tacta rite iurato) a quibuscumque excommunicationis suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis censuris et penis a iure vel ab homine quavis premissorum occasione latis et promulgatis, etiamsi eas per plures annos sustinueris et in eis insordueris, necnon scismatis et apostasie reatu et excessibus per te premissorum occasione incursis in utroque conscientie scilicet et contentioso foro auctoritate apostolica nobis in hac parte commissa harum serie plenarie absolvimus et liberamus, teque unitati ecclesie restituimus et aliorum Christifidelium consortio aggregamus, Necnon tecum (de cuius vite et morum honestate, literarum scientia aliisque laudabilibus probitatis et virtutum meritis ex fidedignorum testimonio informamur) super irregularitate per te quavis premissorum occasione contracta, Ac quod illa et premissis non obstantibus, dictis tamen minoribus quatuor ac etiam Subdiaconatus Diaconatus rite tamen et recte per te susceptis ordinibus uti et ad sacrum presbyteratus ordinem (alias tamen rite et recte) ascendere, Et donec regularia loca restaurata fuerint et alias ad sedis apostolice beneplacitum) extra loca regularia quod in honesta toga presbiteri secularis remanere et alicui Beneficio ecclesiastico curato (si illud obtinueris) consueto deservire, Ac domos fundos et alia bona immobilia secundum legem sive actum Parliamenti dicti inclyti Regni Anglie nuper de facto editam per te acquisita et que de presenti retines non tanquam propria sed tantum in usum ad tui sustentationem concessa administrare, libere et licite possis et valeas eadem auctoritate apostolica nobis in hac parte commissa iuxta dictam vim formam et effectum literarum commissionalium predictarum misericorditer in dno dispensamus, ac omnem inhabilitatem et infamie maculam sive notam ex premissis circa te quomodolibet insurgentem a te penitus abolemus teque in pristinum et eum in quo ante premissa quomodolibet eras statum plenarie restituimus, reponimus et reintegramus, premissis ac regula de insordescentibus, aliisque constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque, Volumus autem quod tu de fructibus ex bonis tuis provenientibus qui necessitatibus tuis superfuerint pauperibus elemosinas facias seu eos in alios pios usus convertas super quibus conscientiam tuam coram altissimo oneramus, Ac quod bona prefata post mortem tuam prefato Monasterio de Battell vel Religioni aut in aliquem pium usum arbitrio Ordinarii tui pro tempore existentis applicentur, **In cuius** rei testimonium sigillum archiepiscopale dicti Reverendissimi patris presentibus est appensum, Dat vicesimo die mensis Maii Anno dni Millesimo quingentesimo quinquagesimo septimo

Significatio dictis Regi et Regine pro captione corporis excommunicati

Illustrissimis et serenissimis in Christo Principibus et dnis nostris dnis Philippo et Marie Dei gratia Regi et Regine Anglie Hispaniarum Francie utriusque Sicilie Ierusalem et Hibernie fidei defensoribus, Archiducibus Austrie, Ducibus Burgundie Mediolani et Brabantie Comitibus Hasburgi Flandrie et Tirolis **Reginaldus** miseratione divina tituli sancte Marie in Cosmedin Sancte Romane ecclesie presbyter Cardinalis Polus Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie Primas et apostolice sedis legatus natus obsequium gratiam et perpetuam felicitatem in eo per quem Reges regnant et principes dominantur

Vestris serenissimis Maiestatibus tenore presentium significamus Quod quidam Willelmus Caine parrochie de infra Marchias ville Calisie Morinen dioc nostre et ecclesie nostre Christi Cantuarien iurisdictioni immediate propter multiplices suas et manifestas offensas suas in non parendo certis monitionibus legitimis dilecti nobis in Christo magistri Willelmi Petrosse in Artibus Bacchalaurei Surrogati dilecti nobis in Christo magistri Nicholai Harpesfeld legum doctoris Commissarii nostri generalis in et per villam et Marchias Calisie predictas sufficienter et legitime fultis eidem Willelmo Caine iudicialiter factis maioris excommunicationis sententia merito innodatus et involutus existit ac pro sic excommunicato publice et solemniter intra missarum et aliorum divinorum solemnia in ecclesia sua parrochiali coram populo ad divina audiendum congregato denunciatus. In qua quidem excommunicationis publicatione et denunciatione sententia per quadraginta dies et ultra post et citra denunciationem huiusmodi perseveravit et adhuc perseverat animo pertinaci et indurato claves sancte matris ecclesie nequiter contemnendo et contemnit in anime sue grave periculum aliorumque Christi fidelium perniciosum exemplum. Cum igitur sancta mater ecclesia ulterius non habeat quod faciat in hac parte, vestris Regiis Maiestatibus humiliter supplicamus et rogamus quatenus ad ipsius Willelmi Caine sic (ut premittitur) excommunicati et pro excommunicato denunciati obstinatiam reprimendam brachium politicis auxilii vestri secularis extendere et pro corporis sui captione et carcerali mancipatione eiusdem ministris vestris scribere iuxta et secundum huius incliti Regni vestri Anglie Statuta et Consuetudinem laudabilem in talibus hactenus usitatas graciose dignemini. Ut quem Dei timor a malo non revocat saltem severior serenissimarum maiestatum animadversio castiget et coherceat corrigat et ad cor reducat. Excellentissimas vestras Regias Maiestates ad populi sui regimen diu conservet in prosperis dextra Dei omnipotentis. **In cuius** rei testimonium sigillum nostrum presentibus apponi fecimus. Dat. in Manerio nostro de Lambhith Wintonien dioc decimo nono die mensis maii Anno domini 1557 Et nostre Consecrationis Anno Secundo

Commissio Radulphi Lynney Commissarii peculiaris iurisdictionis de Whalley

Reginaldus miseratione divina tituli Sancte Marie in Cosmedin Sancte Romane ecclesie presbiter Cardinalis Polus Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie Primas et apostolice sedis legatus natus Etc. **dilecto** nobis in Christo filio Radulpho Lynney presbitero salutem gratiam et benedictionem. **Cum** omnis et omnimoda iurisdictio spiritualis et ecclesiastica que olim ad Abbatem quondam Monasterii de loco Benedicti de Whalley Ordinis Cisterciensis dudum [illegible] et licet modo Cestren dioc infra fines et limites Capelle sancti Michaelis in Castro de Clytherowe cum decimationibus et territoriis et de Boulande et Blackburn Comitatus ab ecclesia parrochiali de Whalley nobis et mense nostre Archiepiscopali Cantuarien imperpetuum unita et consolidata dependens ad nos optimo iure spectare dinoscitur. **De tuis** circumspectione, morum et spiritus integritate ac in rebus dextere gerendis felicitate plurimum non nihil freti Ad cognoscendum et procedendum in omnibus et singulis causis negotiis litibus et querelis in et per totam peculiarem iurisdictionem nostram predictam motis et intentatis seu imposterum movendis et intentandis tam ex officio mero mixto vel promoto quam ad quarumcunque partium instantiam seu promotionem ipsasque et ipsa cum suis incidentibus, emergentibus, dependentibus annexis et connexis quibuscunque audiendum, discutiendum decidendum et fine debito terminandum. Necnon ad visitandum ecclesias et capellas omnes et singulas et alia loca ecclesiastica quecunque in et per territoria et iurisdictiones nostras predictas constitutas Clerumque et populum earundem prout de sacris Canonibus Sanctorum Patrum decretis et antiqua laudabilique et legitime prescripta Consuetudine inibi hactenus usitatum et observatum. Ac etiam ad inquirendum super quorumcunque subditorum infra infra eandem iurisdictionem commorantium vel delinquentium criminibus, excessibus et delictis commissis vel committendis quorum cognitio correctio et punitio ad nos et forum ecclesiasticum infra iurisdictionem predictam de iure seu consuetudine poterunt pertinere, ipsosque et ea debite corrigendum reformandum et canonice puniendum. Ad sequestrandum bona quorumcunque infra dictam iurisdictionem nostram decedentium in casibus a iure permissis et non aliter sequestrandum seu sequestrari faciendum. Ac testamenta et ultimas voluntates quorumcunque ibidem ab hac luce (dum vixerunt) migrantium sive decedentium executoribus in huiusmodi testamentis nominatis aut illi vel illis cui vel quibus de iure seu consuetudine committi debeant committendum. Necnon compotum calculum sive ratiocinium sequestri custodum, executorum vel administratorum huiusmodi recipiendum audiendum examinandum et admittendum. Ac computantes huiusmodi ab omni ulteriori compoto sive ratiocinio in hac parte prout iuris et equitatis fuerit absolvendum et finaliter dimittendum. **Alium** insuper seu alios in premissis et eorum quolibet loco tuo deputandum ac ei sive eis vices nostras circa premissa prout tibi melius visum fuerit oportunum committendum. Necnon omnia et singula alia ad exercitium iurisdictionis nostre infra fines limites et Territoria de Whalley predicta de iure vel consuetudine ubicommittitur spectant et pertinent que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna faciendum exercendum et expediendum Tibi vices nostras harum serie cum cuiuslibet cohercionis canonice potestate committimus teque Commissarium nostrum in et per territoria et iurisdictiones nostras predictas facimus constituimus et deputamus per presentes ad nostrum duntaxat beneplacitum duraturas / Assumpto tibi dilecto nobis in Christo filio magistro Anthonio Huse Notario publico Registrario nostro principali seu eius in hac parte deputato in Registrarium et Actorum coram te Scribam / In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus Dat in Manerio nostro de Lambehith Winton dioc vicesimo secundo die Mensis Maii Anno domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo Septimo /

Commissio ad admittendum Johannem Walker in procuratorem Curie Cantuar

Reginaldus miseratione divina tituli Sancte Marie in Cosmedin Sancte Romane ecclesie Presbiter Cardinalis Polus Cantuarien Archiepiscopus totius Anglie Primas et apostolice Sedis legatus natus / **Predilecto** nobis in Christo magistro David Pole legum doctori Curie nostre metropolitice Cantuarien de Arcubus London Officiali Salutem gratiam et ben / **Laudabilia** Scientia, Prudentia in rebus agendis aliarumque virtutum et probitatis dona quibus dilectus filius Johannes Walkere in legibus Baccalaureus haud vulgariter insignitur nos merito inducunt ut personam suam favore benevolo et honestatis titulo prosequamur eique gratiam impartiamur specialem / **Ad** dispensandum igitur cum eodem Johanne Walkere ut in numerum Procuratorum generalium dicte Curie nostre recipi et admitti ac in eadem Procuratoris Officium procuratorie exercere valeat, ipsumque Procuratorem dicte Curie nostre admittendum et preficiendum in eadem, Atque in numerum Procuratorum generalium exercentium in eadem Curia nostra aggregandum Tibi vices nostras committimus et plenam in domino tenore presentium concedimus facultatem Statutis et Ordinationibus dicte Curie nostre in contrarium forsan editis non obstantibus quibuscumque / **In cuius** rei testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus / Dat in Manerio nostro de Lambehith Winton dioc vicesimo Sexto die mensis Maii Anno domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo Septimo / Et nostre Consecrationis Anno Secundo /

Mandatum pro processionibus generalibus faciendis /

+

Reginaldus miseratione divina tituli Sancte Marie in Cosmedin Sancte Romane ecclesie Presbiter Cardinalis Polus Cantuarien Archiepiscopus totius Anglie Primas et apostolice Sedis legatus natus / **Venerabili** Confratri nostro Episcopo London Salutem in domino sempiternam / **Cum** dei optimi misericordia votis ac precibus omnium semper imploranda sit, ut flagella que pro peccatis nostris meremur avertat, tum vero hoc potissimum tempore id faciendum est, quo omnis fere Christianitas gravissimo, et periculosissimo Bellorum incendio adeo misere conflagrat, Itaque Officio nostro convenire duximus ut per Provinciam nostram Cantuarien Christifideles in domino hortari atque incitare ut una ad illum qui ad dexteram patris residet in excelsis levemus cum manibus Corda nostra apud eumque sedulis Orationibus insistamus ut gravem et periculosam tempestatem sedare, Christianos Principes inter se dissidentes ad Concordiam reducere, Universamque Christianitatem in optatam tranquillitatem constituere omnipotenti sua virtute dignetur, et hoc precipue Regnum una cum Serenissimis eius Regibus ab omni hostium tam internorum quam externorum periculo tueri omnique perturbatione defendere, ita ut in tranquillo et prospero statu degens gratias deo pro omnibus erga se beneficiis assidue agere possit / **Circumspectioni** igitur tue tenore presentium committimus et mandamus firmiter iniungentes Quatenus omnibus et singulis Suffraganeis nostris per nostram Provinciam Cantuarien ubilibet constitutis vice et auctoritate nostra cum omni celeritate accommoda literis tuis harum seriem continentibus denuncies significes et eisdem districtius iniungas Ut ipsorum singuli in ecclesiis suis cathedralibus et aliis ecclesiis conventualibus et collegiatis tam regularibus quam secularibus necnon Parochialibus ecclesiis suarum Civitatum et dioc, diebus dominicis et festivis quascumque personas tam ecclesiasticas quam seculares efficaciter moneant et inducant, seu sic moneri et induci faciant, ut pro bono et felici statu universalis ecclesie pro eius summo in terris pastore Pontifice Romano reliquisque Christianis Regibus rectoribus tam spiritualibus quam temporalibus ac pace et Concordia inter Christianos Principes ineunda ac Regni et Serenissimorum eius Regum prosperitate et tranquillitate processiones et supplicationes publicas fer qualibet hebdomada in Civitatibus vero ac Oppidis et locis celebrioribus bis vel semel ad minus generales cum decantatione litaniarum et missis si fieri poterit Aliquin cum tribus Collectis prima scilicet pro ecclesia et aliis ut premittitur, Secunda pro pace tertia pro Serenissimis Regibus et hoc Regno cum omni qua decet humilitate et devotione faciant et observent / suppliciter deprecando, ut omnipotens et misericors deus

tantas Calamitates ab vniuersa ecclia depellere, pacem populo Christiano concedere et hoc
Regnum eiusque serenissimos Reges ab omni hostium impugnatione et periculo tutos conser-
uare et defendere dignetur Quod tu etiam frater Episcope in tuis Ciuitate et dioc
London obseruari facias In cuius Rei testimonium Sigillum nrm presentibus appo-
ni fecimus / Dat in Manerio nro de Lambehith vicesimo die mensis Julij Anno dni
Millimo quingentesimo quinquagesimo Septimo / Et nre Consec Anno Secundo /

Comissio magri Henrici
Cole Vicarij generalis
Reuerendissimi

Reginaldus miseratione diuina titli Sce Marie in Cosmedin Sce Romane ecclie
Pbr Cardinalis Polus Cantuarien Archiepus totius Anglie Primas et aplice Sedis
legatus natus **Dilecto** nobis in xpo filio magro Henrico Cole legum doctori Decano eccli-
e cathis dni Pauli London Salutem gratiam et ben / **Ad** Cognoscendum et procedendum in
oibus et singlis causis ecclasticis in Curia Audientie nre Cantuarien tam ex officio
mero mixto, vel promoto, quam ad quarumcumque partium instantias vel promotiones motis et
mouendis aut ad ipam Curiam Audientie nre Cantuarien rite deuolutis vel deuol-
uendis ac de iure more vel Consuetudine in eadem tractandis et ventilandis, Ipasque
et ipas discutiendum decidendum et fine debito terminandum Criminaque delicta et excessus quo-
rumcumque Subditorum tam infra dioc quam prouinciam nras Cantuarien degentium et delin-
quentium quorum Correctio, Castigatio et punitio ad nos et forum ecclasticum pertinere
dinoscuntur debite corrigendum castigandum et puniendum, ac penas salutares eis pro
Comissis huiusmodi iniungendum, illosque nobis Subditos quos ab officiis vel Beneficiis ecclasticis de iure
noueris amouendos rite amouendum ac per sentias diffinitiuas priuandum et destituendum, Necnon
quoscumque Clericos ad quecumque Beneficia tam infra nram dioc Cantuar et peculiares Juris-
dictionis nras et ecclie nre xpi Cantuarien Jurisdictionis immediate quam etiam alibi infra
quascumque dioc nre Cantuarien prouincie quum et quotiens easdem dioc pastoribus solatiis
destitutas fore et vacuas debere contigerit sita et existen ad patronatum eorundem
Beneficiorum presentationes exaiandum admittendum et instituendum Curamque et Regimen
animarum parrochianorum eorundem ei vel eis quem vel quos idoneos reperies, sup quo
Conscientiam tuam coram altissimo oneramus, committendum Ipsosque per te sic instituendos
in realem actualem et corporalem possessionem eorundem induci et inuestiri pro more
cuiuslibet dioc mandandum Necnon oia alia et singula faciendum exercendum et expediendum
que circa premissa et alia de iure vel Consuetudine in dioc et prouincia nris
Cantuarien ab antiquo per predecessores nros Cantuarien Archiepos vsitata necessaria
fuerint seu quomodolibet oportuna et que nosmetipsi facere et exequi possemus
Tibi de Cuius fidelitate Circumspectionis industria, litterarum tum legalium tum sacrarum
Scientia ac rerum feliciter gerendarum dexteritate plurimum in dno confidimus
vices nras Committimus cum potestate quascumque Censuras ecclasticas rite et canonice
fulminandi Teque Causarum et negotiorum Curie Audientie nre Cantuar predict
Auditorem Comissarium generalem Officialem principalem et Vicarium nrm in spirituali-
bus generalem vnacum oibus et singulis feodis proficuis et emolumentis eidem officio
spectan et ab antiquo pertinere debentibus ordinamus preficimus et constituimus
per presentes ad nrm beneplacitum duntaxat duraturum **In cuius** Rei
testimonium Sigillum nrm presentibus apponi fecimus / Dat in Palatio Regio apud
Sanctum Jacobum prope Westmonasterium London dioc vicesimo octauo die Mensis
Augusti Anno dni Millimo quingentesimo quinquagesimo Septimo Et nre Consec
Anno Secundo /

Comissio magri Mauricij
Clenocke decani de
Shorham et Croydon /

Reginaldus miseratione diuina titli Sancte Marie in Cosmedin Sancte
Romane ecclie Pbr Cardinalis Polus Cantuarien Archiepus totius Anglie primas
et aplice Sedis legatus natus **Dilecto** nobis in xpo filio magro Mauricio Clenocke
pbro in legibus Baccho Sacellano familiari et domestico nro ac Rectori ecclie
parrochialis de Orpington decanatus de Shorham nre et ecclie nre xpi
Cantuarien Jurisdictionis immediate, Salutem gratiam et ben / **De tuis** sana
doctrina Conscientie puritate et prouida in rebus agendis gerendis circum-
spectione plurimum in dno fisi Te decanum decanatuum de Shorham predict et de
Croydon nre et ecclie nre xpi Cantuarien etiam Jurisdictionis immediate preficimus
constituimus et deputamus per presentes / **Ad** visitandum igitur ecclias et Capellas
oes et singlas ac Clerum et populum decanatuum predict prout ab antiquo vsitatum
et obseruatum fuerit Ac procurationes debitas statutis de iure Anni temporibus
recipiendum Necnon ad inquirendum seu inquiri faciendum de et super quo-
rumcumque Criminibus Excessibus et delictis tam commissis vel imposterum committendis

quam coniunctim correctio et punitio ad nos et forum ecclesiasticum de iure vel consuetudine pertinent solutis ipsosque et ea debite corrigendum reformandum et canonice puniendum Acetiam ad cognoscendum statuendum procedendum et diffiniendum in omnibus causis et negotiis in dictis decanatu et locis exemptis iurisdictionis nostre motis inchoatis et intentatis iam pendentibus et indecisis seu imposterum movendis aut intentandis sive ad instantiam partium sive ex officio mero mixto vel promoto eaque et ea tangentibus incidentibus emergentibus dependentibus et annexis audiendum discutiendum et fine debito terminandum Ac in omnibus casibus a iure concessis bona quorumcumque in dictis decanatibus aut locis exemptis sive alibi decedentium sequestrandum seu sequestrari faciendum **Testamenta** etiam et ultimas voluntates quorumcumque ibidem ab hac luce divino iubente migrantium sive decedentium testamenta manifesta ac bona sive credita notabilia in diversis dioc(esibus) seu iurisdictionibus nostre Cantuariensis provincie tempore mortis sue tempore habentium exceptis et reservatis insinuandum et approbandum Administrationes bonorum quorumcumque testatorum huiusmodi sive ab intestato vel pro via intestati decedentium exceptis in huiusmodi testamentis nominatis aut illi vel illis cui vel quibus de iure vel consuetudine committi debeant committendum Necnon compotum calculum sive ratiociniorum executorum administratorum vel sequestratorum quorumcumque huiusmodi recipiendum audiendum examinandum et admittendum Ac computantes huiusmodi ab omni ulteriori compoto sive ratiocinio in ea parte (prout iuris et equitatis fuerit) absolvendum et finaliter dimittendum Ceteraque omnia et singula alia ad officium decani decanatus predicti et exercitium iurisdictionis ecclesiastice eorundem spectantia que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna faciendum exercendum et expediendum Tibi cum cuiuslibet cohercionis canonice exequendum que in hac parte decreverit plenarie vices nostras committimus per presentes ad nostrum beneplacitum duntaxat duraturas Assumpto tibi in omnibus et singulis actis dictum decanatum aut locum alterius sive exemptis iurisdictionis concernentibus per te durante hac nostra commissione expediendis dilecto nobis in Christo magistro Anthonio Huse notario publico registrario nostro principali seu Christofero Clerke notario publico eius deputato in registrarium et actorum tuorum scribam in hac parte **In cuius** rei testimonium sigillum nostrum presentibus apponi fecimus Dat(um) in palatio regio apud sanctum Jacobum prope Westmonasterium London(iensis) dioc(esis) ultimo die mensis Augusti Anno domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo septimo Et nostre consecrationis Anno secundo /

Commissio magistri Henrici Cole officialis Curie Can(tuariensis)

Reginaldus miseratione divina tituli sancte Marie in Cosmedin sancte Romane ecclesie presbiter Cardinalis Polus Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie Primas et apostolice sedis legatus natus / **Dilecto** nobis in Christo magistro Henrico Cole legum doctori decano ecclesie cathedralis divi Pauli London(iensis) Salutem graciam et benedictionem / **Ad** rescribendum in forma iuris ad quascumque appellationes ad Curiam nostram Cantuariensem interpositas et interponendas et ad quascumque querelas eidem curie de iure vel de consuetudine legitime devolutas vel imposterum devolvendas / Necnon ad cognoscendum et procedendum in huiusmodi appellationum et querelarum necnon et tuitorie appellationum causis et negotiis quibuscumque Ac in causis et negotiis omnibus et singulis in ipsa Curia nostra qualitercumque modo indecisis pendentibus tractatis vel tractandis aut imposterum introducendis et tractandis in eadem Partibusque quibuscumque super hiis et aliis controversiis vel controvertendis litibus plenam iusticiam iuxta iuris exigentiam faciendum exhibendum et ministrandum / Ac etiam ad rescribendum in forma iuris ad quascumque appellationes a decano nostro ecclesie beate Marie de Arcubus London(iensis) ad curiam audientie interpositas et interponendas / et causas appellationum huiusmodi audiendum eaque et ea omnia et singula decidendum et fine debito terminandum prout de iure et consuetudine dicte Curie nostre Cantuariensis ab antiquo usitatum fuerit faciendum / Ceteraque et singula faciendum exercendum et expediendum que ad huiusmodi officialitatis officium de iure vel consuetudine pertinere dinoscuntur / Et que necessaria vel oportuna fuerint in premissis et circa ea etiamsi mandatum de se exigant speciale Tibi de cuius fidelitate et circumspectionis industria in hac parte plurimum in domino confidimus / vices nostras committimus cum potestate quascumque censuras ecclesiasticas canonice fulminandi / Teque officialem Curie nostre Cantuariensis predicte ordinamus deputamus et preficimus per presentes ad nostrum beneplacitum tantummodo duraturum / **In** cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus apponi fecimus / Dat(um) in manerio nostro de Lambehithe Wintoniensis dioc(esis) primo die mensis Octobris Anno domini Millesimo / quingentesimo / quinquagesimo septimo / Et nostre consecrationis Anno secundo /

Commissio magistri Henrici Cole Decani de Arcubus London /

Reginaldus miseratione divina tituli Sancte Marie in Cosmedin Sancte Romane ecclesie presbiter Cardinalis Polus Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie Primas et apostolice sedis legatus natus **dilecto** nobis in Christo filio magistro Henrico Cole legum doctori decano ecclesie cathedralis divi Pauli London salutem graciam et benedictionem / **De tuis** sana doctrina et circumspectionis industria plene confidentes Te in decanum nostrum ecclesie beate Marie de Arcubus London nostre et ecclesie nostre Christi Cantuariensis iurisdictionis immediate prefecimus et constituimus per presentes Tibique ad visitandum ecclesias et capellas omnes et singulas ac clerum et populum decanatus predicti prout ab antiquo exhibit[a] solitas et procurationes debitas recipiendum / Necnon ad inquirendum super quibuscumque criminibus / excessibus et delictis ibidem commissis vel que imposterum contigerit committi quorum cognitio correctio et punitio ad nos et sedem ecclesiasticam de iure vel consuetudine poterunt pertinere / Ipsosque et ea debite corrigendum reformandum et puniendum / Ac etiam ad cognoscendum et procedendum statuendum et diffiniendum in omnibus causis et negotiis in dicti decanatus iurisdictione motis inchoatis et intentatis iam pendentibus indecisis seu imposterum movendis aut intentandis sive ad instantiam partium sive ex officio mero mixto vel promoto ac causas et ea tam sint incidentes emergentes / dependentes et annexis quibuscumque audiendum discutiendum et fine debito terminandum **Testamenta** etiam omnium et singulorum in dicto decanatu debitis in diversis dioc[esibus] decedentium (testamentis magnatum ac bona spiritualia et temporalia aut debita in diversis dioc[esibus] seu peculiaribus iurisdictionibus nostre Cantuariensis provincie dum vixerunt et mortis eorum temporibus habentium exceptis et reservatis) insinuandum et approbandum Ac administrationes bonorum quorumcumque testantium sive ab intestato vel pro intestato decedentium illis vel illi cui seu quibus de iure vel consuetudine committi debeant committendum Ac compotum calculum sive ratiocinium administratorum bonorum huiusmodi defunctorum audiendum examinandum admittendum et approbandum / Ac computantes huiusmodi ab omni ulteriori compoto in hac parte (si et quatenus videbitur expedire) dimittendum / Necnon omnia et singula alia ad officium decani huiusmodi et exercitium iurisdictionis spiritualitatis dicti decanatus de iure aut consuetudine spectantia et que in premissis et circa necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna faciendum exercendum et expediendum Tibi harum serie vices nostras committimus cum cuiuslibet cohercionis canonice exequendi que in hac parte decernendi potestate duratur[a] quousque ad nos duxerimus revocandum / **In cuius** rei testimonium sigillum nostrum presentibus apponi fecimus / Dat in Manerio nostro de Lambehith London dioc primo die mensis Octobris Anno domini Millesimo quingentesimo / quinquagesimo septimo / Et nostre consecrationis Anno secundo /

Commissio magistri Thome Wright Commissarii sive Vicecancellarii Oxon /

Reginaldus miseratione divina tituli Sancte Marie in Cosmedin Sancte Romane ecclesie presbiter Cardinalis Polus Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie Primas et apostolice sedis legatus natus Ac alme Universitatis Oxon Cancellarius perpetuus / **predilecto** nobis in Christo magistro Thome Wright legum doctori Archidiacono Berks in ecclesia cathedrali beate Marie Sar salutem graciam et benedictionem / **De** eminenti tuarum scientia qua te deus optimus maximus sacri sui spiritus afflatu insignivit / vite sinceritate / morum gravitate ac in rebus tam ecclesiasticis quam secularibus feliciter gerendis dexteritate Necnon circumspectionis tue industria longi temporis usu experta fiducia in domino spem obtinentes Te commissarium nostrum in dicta Academia Oxon (cum in persona nostra presentes esse non possimus) ad omnia et singula sua tu facultate et potestate faciendum / tenendum exercendum et exequendum ea que ad officium Cancellariatus nostri predicti Universitatis de iure / Privilegiis more vel stilo Prescriptione Statutisque ac laudabilibus et approbatis consuetudinibus eiusdem Academie spectare et pertinere dinoscuntur et que nos ipsi ratione officii predicti in persona nostra propria (si adessemus) facere et exequi possemus in nostra absentia supplementum cum cuiuslibet etiam cohercionis et iurisdictionis auctoritate pariter et facultate prefecimus ordinamus facimus et constituimus per presentes ad nostrum beneplacitum duntaxat duraturum / Dat in Palatio Regio apud Sanctum Jacobum prope Westmonasterium London dioc decimo die mensis Decembris Anno domini Millesimo / quingentesimo quinquagesimo septimo / Et nostre consecrationis Anno secundo /

Commissio ad admittendum Magistrum Jo Orphinstrange in Advocatum Cur Cant

Reginaldus miseratione divina tituli Sancte Marie in Cosmedin Sancte Romane ecclesie Presbiter Cardinalis Polus Cantuarien Archiepus Et **Predilecto** nobis in Christo filio magistro Henrico Cole legum doctori Curie nostre metropolitice Cant de Archubus London Officiali aut alii eiusdem Curie Presidenti Salutem graciam et ben / **Legum** scientia et doctoratus gradus quibus Johes Orphinstrange legum doctor insignitur nos inducunt ut personam ipsius grata Benevolentia prosequamur Hinc est quod eundem Johem in numerum Advocatorum Curie nostre predicte supercrescentium aggregandum et sub insertis qualitatibus admittendum duximus / **Ad** dispensandum igitur cum eodem magistro Johe Orphinstrange ut in numerum et Collegium Advocatorum eiusdem Curie nostre admitti et in eadem quamdiu se bene gesserit et nobis placuerit patrocinari valeat Vices nostras tenore presentium tibi committimus Statutis et Ordinationibus eiusdem Curie nostre in contrarium forsan editis non obstantibus quibuscumque **In cuius** Rei testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus Dat in Manerio nostro de Lambehith quarto Kalen Februar Anno Domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo Septimo Et nostre Consecrationis Anno Secundo /

Commissio ad reformandum deserta et ad ulterius inquirendum super criminibus delinquentium

Reginaldus etc Venerabili Confratri nostro domino Johi eadem permissione Cicestren Epo Salutem et fraternam in domino charitatem / **Dilectus** filius Thomas Packard in legibus Baccalaureus decanatuum nostrorum de Southmalyng Pagham et Terring sedis dicte nostre et ecclesie nostre Christi Cantuarien iurisdictionis immediate Commissarius librum quendam Animas deformitates et lapsus Cancellorum et Chororum diversarum ecclesiarum parochialium infra eosdem decanatus existentium Necnon defectus Calicum librorum Vestimentorum Altarium et aliorum Ornamentorum ecclesiasticorum ad divini Cultus Sacramentorum et Sacramentalium usum et decorem usque spectantium de Sanctorum Patrum institutionibus requisitorum complectentem et continentem Una cum aliis quibusdam Compertis in eadem expresse relatis Reformatione dignis nobis exhibuerit Cuius Vobis pro parte nostra dari mandavimus / Nos huiusmodi defectuum Reparationesque citissime fieri et plebem commissam in eisdem decanatibus degentem nostre pastorali Cure a Deo optimo maximo concreditam pie sancte et orthodoxe reformari magnopere cupientes / Attendentesque quod tua fraternitas in reditu tuo a Synodo Cantuarien nuper prorogata ad sponsam ecclesie tue cath Cicestren universas ecclesias tam citra quam ultra Cicestriam visitare et perlustrare (deo duce et secundante) exponis et ad id feliciter obeundum te et tuos disponis de fraternitatis tue diligentia dexteritate et gravitate magnopere confidentes eandem hac vice duximus rogandam et rogamus Quatenus in Relevamen et subsidium sollicitudinis nostre pastoralis eosdem de Southmallyng Pagham et Terring decanatus obiter et in itineribus tuis progressu visitare seu inspicere vice loco et auctoritate nostris nos gravantibus diaque et singula in dicto libro descripta et alia quecumque in eisdem decanatibus et eorum quolibet inquisita detecta et comperta et per te presentium vigore data occasione ex officio mero vel promoto inquirenda detegenda et comperienda Reformatione et castigatione digna pro tuo sano arbitrio iuxta sacros Canones et delinquentium Culpas corrigere et reformare nostra auctoritate velis Et si quos infra dictos decanatus commorantes aut delinquentes labe heretice pravitatis infectos aut errorum aliquorum catholice fidei adversantium macula contaminatos esse tibi comperies ipsos omnes et singulos ad universalis fidei Catholice per legittima iuris tam divini quam humani Remedia revocare et reducere cures / Ad Que omnia et alia hiis maiora (si que contigerint aut emerserint) indaganda et in melius reformanda Vices nostras tibi et aliis surrogandis duximus committendas et committimus cum cuiuslibet cohercionis canonice legittima potestate / Et ut premissa facilius et felicius expediri (uti optamus) valeant Predilecto Commissario nostro memorato ac eius Actorum Scribe dedimus in mandatis prout etiam per has nostras literas damus Quatenus fraternitati tue in et circa contenta in dicto libro huiusmodi literis et ceteris quibuscumque que in dictis decanatibus expedienda agenda vel peragenda fuerint obediant pareant et attendant cum effectu ac opera consilia studia et auxilia sua in omnibus impendant prout decet / fraternitatem vestram Rogantes Quatenus expeditis expediendis nobis aut Vicario nostro in spiritualibus generali librum predictum una cum presentibus et Actis omnibus que a vobis et vestris surrogandis seu eorum uno vel pluribus hac vice expedientur transmittere in publica et autentica forma quam comode poterit non postponat. Cum gratiam nostram remunerabimus uberiorem erga vos tuorum laborum reddet nostri memoriam, quos rependere data occasione curabimus. Prioribus nostris literis commissionalibus eidem nostro Commissario factis in suo robore permansuris. In premissorum veritatem hiis literis nostris registrarij et [illegible] sigillum nostrum apponi mandavimus. Dat' in Manerio nostro de Lamehith octavo die mensis Martij Anno domini 1557 Et nostre Consecrationis Anno secundo.

Commissio suffraganei Cantuariensis

Reginaldus etc. Venerabili Confratri nostro domino Thome Chetham dei et apostolice sedis gratia Sidonen' Episcopo Salutem et fraternam in domino Charitatem. Ad confirmandum pueros in fronte quorumcunque subditorum utriusque sexus nostrarum Civitatis diocesis ac Jurisdictionis immediate ecclesie nostre Christi Cantuariensis, Necnon altaria fixa et portabilia sive viatica, Calices, Campanas, Vestimenta et alia ecclesiastica ornamenta quecunque benedicendum et consecrandum, Loca prophana si que inveneritis a divinorum celebratione auctoritate suspensa et interdicta aut imposterum suspendenda et interdicenda, Ecclesias etiam et Cimiteria sanguinis vel seminis effusione forsan polluta seu polluenda reconciliandum ac in forma ecclesie approbata benedicendum, Necnon Ecclesias et Altaria nobiliter erecta et edificata consecrandum et benedicendum, Necnon primam tonsuram clericalem ceterosque alios tam minores quam maiores sacros ordines quibuscunque subditis nostrarum Civitatis dioc' et peculiarium Jurisdictionis Cantuar' et aliis personis literas dimissorias suorum diocesanorum et titulos sufficientes exhibentibus, etate moribus et literatura idoneis, si eis nullum canonicum obsistat impedimentum, conferendum, Crisma sacrum et oleum sanctum in die Cene domini consecrandum et benedicendum, Ac cetera omnia et singula ad officium pontificale in premissis vel aliquo premissorum spectantia et que in ea parte necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna fraternitati vestre de cuius [illegible] committimus et plenam in domino tenore presentium concedimus facultatem presentibus ad nostrum beneplacitum duntaxat duraturis. In Cuius Rei testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus. Dat' in Manerio nostro de Lamehith octavo die mensis Martij Anno domini iuxta computationem ecclesie Anglicane 1557 Et nostre Consecrationis Anno secundo.

Commissio ad procedendum contra hereticos

Reginaldus etc. Dilectis nobis in Christo filiis magistris Nicholao Harpesfeld legum doctori Archidiacono nostro Cantuariensi, Roberto Collins in legibus Bacchalaureo Civitatis et diocesis nostre Cantuariensis Commissario generali, Ricardo Fawcet et Hugoni Turnebull sacre Theologie professoribus, Necnon Johanni Mills, Hugoni Glasier et Johanni Warde sacre Theologie Bacchalaureis ecclesie nostre cathedralis et metropolitice Christi Cantuariensis Canonicis et Prebendarijs Salutem gratiam et benedictionem. Cum ex nonnullorum fidedignorum relatione et insinuatione nostris iam auribus non sine amaritudine intellexerimus quod nonnulli nostrarum Civitatis et diocesis Cantuar' subditi quosdam errores, hereses et damnatas opiniones fidei divine ac catholice et apostolice ecclesie determinationi obviantes contrariantes et repugnantes nonnullos tenent, credunt et affirmant, dictosque errores hereses et damnatas opiniones in aliorum Christi fidelium animos serere et installare ac imperite plebis mentes suis nephariis opinionibus inficere satagunt et conantur in animarum suarum salutis interitum et detrimentum ac aliorum Christi fidelium exemplum longe perniciosum in ecclesia dei non ferendum. Nos autem premissa conniventibus oculis preterire nolentes, sed ne illud [illegible] latius serpat oportunum et necessarium remedium pro pastoralis officij nostri debito (quantum cum deo possumus) adhibere volentes, de vestra sana doctrina fidei zelo vitaque et morum integritate, cautelaque in rebus gerendis dexteritate specialem in domino fiduciam obtinentes, Ad inquirendum de et super omnibus et singulis articulis heresis cuiuscunque, ac etiam ad examinandum omnes et singulos subditos infra Civitatem et dioc' ac immediatas Jurisdictiones ecclesie nostre Christi Cantuariensis residentes et commorantes de et super heresibus et erroribus quibuscunque in fide Christiana suspectos, detectos, denunciatos, inquisitos vel accusatos aut imposterum detegendos, denunciandos, inquirendos vel accusandos, Ac quoscunque testes ubicunque locorum infra Civitatem et dioc' ac immediatas Jurisdictiones ecclesie nostre Christi Cantuariensis commorantes et degentes aliaque probationum genera quecumque pro veritate premissorum verificandorum quomodolibet requisita recipiendum et admittendum testesque quoscumque in forma iuris debita iurandum et examinandum Ac omnibus aliis viis modis et iuris formis quibus melius et efficatius poteritis de veritate premissorum etiam simpliciter et de plano ac sine strepitu et figura iudicii cognoscendum inquirendum et investigandum Ac si per examinationem et investigationem huiusmodi aliquem sive aliquos aliquam heresi seu impie opinioni sive contrariis seu contrariis involutum seu involutos esse compereritis et inveneritis ab erroribus suis revocandum eosque et eorum si errorem suorum penitentes vel resipiscentes esse inveneritis ad errorum suorum huiusmodi retractationem abiurationem et renunciationem inducendum et subsequenter in sacrosancte ecclesie gremium admittendum et recipiendum ac abs prout iuris et equitatis ratio persuaserit absolvendum et dimittendum penitentiasque salutares et condignas pro commissis suis huiusmodi infligendum et imponendum pertinacem vero sive pertinaces obstinatum aut obstinatos erroribusque heresibus et damnatis opinionibus suis obstinate et pertinaciter inherentes et ad unitatem ecclesie redire nolentes ex cetu fidelium reiciendum et exterminandum ac seculari brachio (si facti atrocitas ita exposcerit) committendum tradendum et liberandum Ceteraque omnia et singula faciendum exercendum et expediendum que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna vobis et vestrum cuilibet coniunctim et divisim (Ita tamen ad singulis sententiis diffinitivis contra hereticos quoscumque ferendum et promulgandum duorum vestrum ad minus accedat consensus assensus et consensus) vices nostras committimus cum cuiuslibet coercionis canonice potestate vosque Commissarios et delegatos nostros in hac parte coniunctim et divisim (sub qualitate premissa) ordinamus deputamus et constituimus presentibus ad nostrum beneplacitum dumtaxat duraturis, Prioribus nostris literis commissionalibus tibi prefato magistro Roberto Collins alias factis in suo robore nihilominus permansuris / **In Cuius** rei testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus / Dat in Manerio nostro de Lambehith vicesimo octavo die mensis Marcii Anno domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo octavo Et nostre cons Anno tertio

Vicesimo Septimo die mensis Marcii Anno domini 1558 venerabilis vir magister Henricus Cole legum doctor Reverendissimi in Christo patris et domini domini Reginaldi Cardinalis Poli Cantuariensis Archiepiscopi et Vicarius in spiritualibus generalis auctoritate dicti Reverendissimi patris commisit Administrationem bonorum Edwardi Plunket nuper de [illegible] infra Marchias ville Calisie defuncti Anthonie Plunket relicte dicti Edwardi primitus in forma iuris consueta iurate salvo iure cuiuscumque Et monita est ad exhibendum Inventarium citra festum sancti Johannis Baptiste proxime futurum etc.

Comissio ad administrandum bona Edwardi Plunket defuncti

Die Mercurii videlicet undecimo die mensis Maii Anno domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo octavo in ecclesia parochiali beate Marie de Arcubus London ecclesie Christi Cantuariensis iurisdictionis immediate Comparentibus personaliter coram venerabili viro magistro Henrico Cole legum doctore Reverendissimi in Christo patris et domini domini Reginaldi Cardinalis Poli Cantuariensis Archiepiscopi et Vicario in spiritualibus generali Rectoribus et Curatis ecclesiarum parochialium beati Dunstani in Oriente omnium Sanctorum in Bredstrete beate Marie Aldermary beate Marie de Arcubus predicte et Sancti Vedasti dicti decanatus et iurisdictionis prenunciatus magister Henricus Cole publicavit et declaravit eis et eorum cuilibet tenorem decreti sive Constitucionis in sacra Synodo sive Convocatione Prelatorum et Cleri Cantuariensis Provincie pro Armorum provisione et suppeditatione nuper edite et promulgate Monendo eos et eorum quemlibet quatenus Arma huiusmodi iuxta tenorem Statuti in Parliamento Anglie nuper in ea parte editi ac decreti sive Constitucionis predicte pareant provideant et in promptu habeant sub penis in eadem Constitucione limitatis / Acta in presentia mei [illegible] notarii publici deputati mei Anthonii Huse Registrarii et presentibus tunc et ibidem magistris Roberto Good, Christofero [illegible] Christofero Clerke, et multis aliis Testibus etc.

Publicatio Constitucionis pro Armorum provisione

Comissio ad conferendum ordines

Reginaldus etc. Venerabili Confratri nostro domino Mauritio eadem permissione Dei Roffensi episcopo Salutem in Domino et Charitatem. Ad admittendum et promovendum vice et auctoritate nostra quoscumque subditos tam nostrarum civitatis et diocesis Cantuariensis ac jurisdictionis immediate nostre quam sede vacante Cantuariensi et aliarum civitatum et diocesium nostre Cantuariensis provincie impediarum vacantium et pastorum solatio destitutarum ad primam tonsuram clericalem ordinesque alios tam minores quam sacros gradus temporibus licitis et a jure statutis ordines sacros per manuum tuarum impositionem (dummodo etate moribus natalibus et literatura per te reperti fuerint idonei titulosque sibi sufficientes exhibuerint ac nullum aliud eis canonicum obstat impedimentum) Ceteraque omnia et singula ad officium pontificale in premissis et circa ea pertinentia et spectantia et que in ea parte necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna faciendum exercendum et expediendum fraternitati tue de qua in hiis et aliis plurimum confidimus vices nostras committimus et plenam tenore presentium concedimus facultatem presentibus ad nostrum beneplacitum tantummodo duraturis. In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus. Dat. in Manerio nostro de Lambehith xxiiij° die mensis May Anno Domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo octavo Et nostre Consecrationis Anno tertio.

Licentia de non promovendo

Reginaldus etc. Dilecto filio Johanni Crane Accolito Rectori ecclesie parochialis de Rodington Coventrensis et Lichfeldensis diocesis nostre Cantuariensis Provincie Salutem, gratiam et benedictionem. Tibi militie clericali insignia desideranti ex certis causis rationabilibus et legitimis per te nobis expositis (quas equas et iustas censemus) hac vice gratiose annuentes ut ad Subdiaconatus Diaconatus vel sacrum presbiteratus ordines te promoveri facere usque ad festum Nativitatis Domini proximum a quoquam iudicibus compelli non valeas hac vice indulgemus, Ita ut tu interim literarum studio incumbas. Provideas etiam cure dicte parochialis tue ecclesie per capellanum idoneum in divinis ac aliis incumbentibus oneribus rite provideri et supportari cures prout convenit hiis contrariis facientibus non obstantibus quibuscumque. Dat. in manerio nostro de Lambehith vicesimo tertio die mensis Junii Anno Domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo octavo Et nostre Consecrationis Anno tertio.

Significatio Regiis maiestatibus contra quosdam hereticos

Illustrissimis et Serenissimis in Christo principibus et dominis nostris dominis Philippo et Marie Dei gratia Regi et Regine Anglie Hispaniarum etc. Reginaldus miseratione divina tituli Sancte Marie in Cosmedin Sancte Romane ecclesie presbiter Cardinalis Polus Cantuariensis Archiepiscopus etc. Honorem reverentiam et obedientiam in eo per quem Reges regnant et Principes dominantur. Vestris Regiis maiestatibus tenore presentium significamus Quod dilecti nobis in Christo magister Nicholaus Harpesfeld legum Doctor Archidiaconus noster Cantuariensis et Robertus Collins in legibus Baccalaureus Commissarii nostri in hac parte una cum magistris Ricardo Faucet et Hugone Turnbull sacre Theologie professoribus Johanne Mylles Hugone Glasier et Johanne Warren sacre Theologie Baccalaureis coniunctim et divisim Commissarii nostri in hac parte sufficienter et legitime constituti contra et adversus quosdam Johannem Cornford parochie de Wrotham Christoferum Browne de villa de Maydstone Johannem Hurst parochie de Asshford Catherinam Knyght parochie de Thornham et Aliciam Snoth parochie de Bedenden nostrarum Cantuariensis diocesis et jurisdictionis de et super crimine heresis apud bonos et graves enormiter diffamatos ac super crimine eodem coram eisdem Commissariis nostris respective delatos et denunciatos rite et legitime procedentes (separatione previa) compererint et invenerint eosdem Johannem Cornford Christoferum Browne Johannem Hurst Catherinam Knyght et Aliciam Snoth ac eorum quemlibet nonnullos errores hereses ac damnatas et scandalosas opiniones catholice et apostolice ecclesie determinationi obviantes contrarias et repugnantes coram eisdem Commissariis nostris confessos fuisse affirmasse dixisse et eisdem firmiter credidisse Necnon eosdem errores hereses et damnatas opiniones pertinaciter et animo indurato sepenumero manutenuisse et defendisse ac in eisdem permansisse ac ab eisdem nullo modo resipiscere curasse Sed ad Sancte matris ecclesie gremium redire penitus neglexisse ac recusasse. Ideo iidem Commissarii nostri eosdem Johannem Christoferum Johannem Catherinam et Aliciam ac eorum quemlibet sepius respective monitos et ad ecclesie unitatem redire hortatos ac eorum salutaribus monitis parere omnino spernentes tamquam oves morbidas a grege dominico (ne alios Christi subditos sua contagione inficiant) eiiciendos et eliminandos fore decreverint, Ipsosque

Johem Christoferum Johem Catherinam et Mariam ac eorum quemlibet respective occasione cum iniquitatis [illegible] huiusmodi heresis et heresium commiserant fatentes et [illegible] mediantibus eorum confessionibus diffinitiuis respective pronunciauimus et declarauimus. **Cum** igitur Sancta mater ecclesia non habeat quod vlterius facere et agere debeat in hac parte vobis vestris regiis sublimitatibus et brachio vestro seculari dictos hereticos et relapsos relinquimus condigna animaduersione plectendos. In cuius rei testimonium nos Reginaldus Cardinalis Archiepiscopus et legatus natus antedictus sigillum nostrum presentibus apponi fecimus. Dat in Manerio nostro de Lambehith septimo die mensis Julii Anno domini 1558 Et nostre Consecrationis Anno tertio.

Comissio officialis Curie Cantuar

Reginaldus miseratione diuina tituli Sancte Marie in Cosmedin Sancte Romane ecclesie presbiter Cardinalis Polus Cantuariensis Archiepiscopus etc. **dilecto** nobis in christo magistro Nicholao Harpesfeld legum doctori Salutem graciam et benediccionem. **Ad** recipiendum in forma iuris ad quascunque appellationes ad Curiam nostram Cantuariensem interpositas et interponendas et ad quascunque querelas eidem Curie nostre de iure vel de consuetudine eiusdem deuolutas vel imposterum deuoluendas Necnon ad cognoscendum et procedendum in huiusmodi appellationum et querelarum Necnon et tuitorie appellationum negotiis quibuscunque ac in causis et negotiis omnibus et singulis in ipsa Curia nostra qualitercunque motis indecisis pendentibus tractatis vel tractandis aut imposterum introducendis et partibus in eisdem partibus quibuscunque super hiis et aliis controuersiis vel controuertendis litibus plenam iustitiam iuxta iuris exigentiam faciendum exhibendum et ministrandum Ac etiam ad recipiendum in forma iuris ad quascunque appellationes a decano nostro ecclesie beate Marie de Arcubus London ad dictam audientiam interpositas et interponendas et causas appellationum huiusmodi audiendum easque et ea omnia et singula decidendum et fine debito terminandum prout de iure et consuetudine dicte Curie nostre Cantuariensis ab antiquo obseruatum fuerit faciendum Ceteraque alia et singula faciendum exercendum et expediendum que ad huiusmodi Officialitatis officium de iure vel consuetudine pertinere dinoscuntur et que necessaria vel oportuna in premissis et circa ea etiamsi mandatum de se exigant speciale Tibi de cuius fidelitate et circumspectionis industria in hac parte plurimum in domino confidimus vices nostras committimus cum potestate quascunque censuras ecclesiasticas canonice fulminandi Teque Officialem Curie nostre Cantuariensis predicte ordinamus deputamus et constituimus per presentes ad nostrum beneplacitum tantummodo duraturas. **In cuius** rei testimonium sigillum nostrum presentibus affigi mandauimus. Dat in Manerio nostro de Lambehith [illegible] die mensis Octobris Anno domini 1558 Et nostre Consecrationis Anno tertio.

Comissio decani de Arcubus

Reginaldus miseratione diuina tituli Sancte Marie in Cosmedin Sancte Romane ecclesie presbiter Cardinalis Polus Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie primas et apostolice sedis legatus natus **dilecto** nobis in christo magistro Nicholao Harpesfeld legum doctori Salutem graciam et benediccionem. **De tuis** sana doctrina et circumspectionis industria plene confidentes te in decanum nostrum ecclesie beate Marie de Arcubus London nostre et ecclesie nostre christi Cantuariensis iurisdictionis immediate preficimus et constituimus per presentes Tibique ad visitandum ecclesias et capellas omnes et singulas ac clerum et populum decanatus predicti prout ab antiquo extitit obseruatum et procurationes debitas recipiendum Necnon ad inquirendum super quibuscunque criminibus excessibus et delictis ibidem commissis seu que imposterum contigerit committi Quorum cognitio correctio et punitio ad nos et forum ecclesiasticum de iure vel consuetudine poterint pertinere [illegible] et ea debite corrigendum reformandum et puniendum Ac etiam ad cognoscendum statuendum et diffiniendum in omnibus causis et negotiis in dicti decanatus

Jurisdictionis motis incoatis et intentatis iam pendentibus indecisis seu imposterum movendis
aut intentandis sive ad instantiam partium sive ex officio mero mixto vel promoto
ac eas et ea cum suis incidentibus emergentibus dependentibus et annexis quibuscumque audiendum
discutiendum et fine debito terminandum Testamenta etiam omnium et singulorum in
dicto decanatu decedentium testamentis munitorum ac bona spiritualia et tempo-
ralia aut debita in diversis diocesibus seu Jurisdictionibus nostre Cantuariensis provincie
dum vixerunt et mortis eorum temporibus habentium probandum et [illegible] insinuandum
et approbandum Ac Administrationem bonorum quorumcumque testantium sive ab
intestato vel per viam intestati decedentium illi vel illis cui seu quibus de iure
vel consuetudine committi debeant committendum Ac compotum calculum sive
ratiocinium administrationum bonorum huiusmodi defunctorum audiendum examinandum et
admittendum et approbandum Ac computantes huiusmodi ab omni ulteriori Computo
in hac parte [illegible] si et quatenus videbitur expedire admittendum Ceteraque omnia et
singula alia ad officium decani huiusmodi et exercitium Jurisdictionis spiritualitatis
dicti decanatus de iure aut consuetudine spectantia et que in premissis
et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna faciendum exercendum
et expediendum tibi harum serie vices nostras committimus cum cuiuslibet coercionis
canonice exequendum que in hac parte decreveris statuere donec eas ad nos
duxerimus revocandas. In cuius rei testimonium Sigillum nostrum
presentibus apponi fecimus. Dat in Manerio nostro de Lambehith vicesimo
octavo die mensis Octobris Anno domini Millesimo quingentesimo quinquage-
simo octavo Et nostre Consecrationis Anno tertio

Comissio ad admit-
tendum Willelmum Walker
in Procuratorem Curie
Cantuariensis

Reginaldus etc. Predilecto nobis in Christo magistro Nicholao Harpesfeld
legum doctori Curie nostre metropolitice Cantuariensis de Arcubus London offi-
ciali seu alij eiusdem Curie presidenti cuicumque Salutem graciam et bene-
dictionem. Literarum scientia praxis in causis agendis aliaque virtutum et probi-
tatis dona quibus dilectus nobis in Christo Willelmus Walker Notarius publicus
insignitur Nos merito inducunt ut personam suam favore benevolo prosequa-
mur eique graciam impartiamur specialem. Ad dispensandum igitur cum eodem Willelmo
Walker ut in numerum procuratorum generalium dicte Curie nostre recipi et ad-
mitti ac in eadem procuratoris officium predictum exercere valeat ipsumque in procu-
ratorem eiusdem Curie nostre admittendum et preficiendum in eadem Ac in numerum
procuratorum generalium in dicta Curia nostra aggregandum tibi vices nostras commit-
timus et plenam in domino tenore presentium concedimus facultatem Statutis ac
Ordinationibus dicte Curie nostre in contrarium forsan editis non obstantibus
quibuscumque. In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fe-
cimus. Dat in Manerio nostro de Lambehith Nono die mensis Novembris
Anno domini 1558 Et nostre Consecrationis Anno tertio

32

Visitatio ordinaria Reverendissimi in xpo patris et domini domini Reginaldi miseratione divina tituli Sancte Marie in Cosmedin Sancte Romane ecclie presbiteri Cardinalis Poli, Cantuarien Archiepi totius Anglie primatis et aplice Sedis legati nati in ecclia sua cathedrali et metropolitica xpi Cantuariensi ac Civitate et dioc sua Cantuarien predict inchoata et exercita per magistrum David Pole legum doctorem Vicarium suum in spiritualibus generalem die lune viz decimo octavo die Mensis Maij Anno dni Millesimo quingentesimo quinquagesimo Sexto, Et Consecrationis sue Anno Primo

Citatio pro visitatione ecclie xpi Cantuar

Reginaldus etc. Dilectis nobis in xpo decano et Capitulo ecclie cathis et metropolitice xpi Cantuarien seu eorum in hac parte vicesgerentibus cuicumque Salutem gratiam et ben. **Quia** ex sacre legis auctoritate vultum pecoris nri cognoscere et gregi nobis credito [illegible] commisso diligenter attendere et invigilare tenemur ea studiosius exequentes que ad gloriam et honorem eiusdem metropolitice ecclie xpi Cantuarien predict stabilitatem et decorem Subditorum Comodum et quietem ac virtutum incrementum et viciorum extirpationem convenire dinoscuntur **Hinc** est quod nos ecclesiam nram metropoliticam xpi Cantuarien predict in personis rebus et membris suis ac totas Civitatem et dioc nras Cantuarien Clerumque et populum earundem (Divina favente Clementia) propediem visitare intendentes vos tenore presentium peremptorie citamus ac per vos seu vestrum unum ad quem attinet omnes et singulos Canonicos tam prebendatos quam minores verbi dei predicatores et alios quoscunque dignitates administrationes officia personatus promotiones aut beneficia quecunque in dicta ecclia nra metropolitica xpi Cantuarien obtinentes necnon vicarios chorales ac alios ministros eiusdem omnes et singulos citari et moneri volumus et mandamus Quod compareatis et compareant coram nobis aut vicario nro in spiritualibus generali sive Comissario aut visitatoribus quibuscunque in domo capitulari ecclie nre metropolitice xpi Cantuarien predict die lune xviij° die mensis Maij proxime futuri inter horas octavam et novam ante meridiem eiusdem diei cum continuatione et prorogatione dierum extunc sequen et locorum si et quatenus oporteat visitationem nram hmoi iuxta iuris exigentiam in omnibus humiliter subituri et agnituri Ac titulos dignitatum prebendarum promotionum et Beneficiorum suorum ecclesiasticorum necnon titulos ordinum suorum respective exhibituri Et si plurales sint vel fuerint aut eorum aliquis sit vel fuerit dispensationes (si quas habuerint) sub pena iuris simul exhibituri et ostensuri Ulteriusque facturi et recepturi quod natura et qualitas visitationis nre hmoi de se exigunt et requirunt **Nobis** etiam tenore presentium inhibemus et per vos omnibus et singulis quibus de iure seu consuetudine inhibendum fuerit sic inhiberi volumus ne pendente visitatione nra hmoi quicquam in preiudicium eiusdem attemptetis vel attemptent faciatis vel aut faciant aliqualiter attemptari sub pena iuris. De die vero receptionis presentium et exequutione vra earundem, ac de omni eo quod in premissis feceritis seu fieri causaveritis Nos aut vicarium nrum in spiritualibus generalem sive Comissarium aut visitatores quoscunque dictis die hora et loco debite et autentice certificetis per literas vras patentes harum seriem una cum nominibus et cognominibus omnium et singulorum per vos citatorum et monitorum in quadam schedula literis vris certificatoriis hmoi annectenda conscript continentes fideliter prout decet Procurationes vero nras ratione visitationis nre competentes tunc et ibm promptas per vos volumus prout convenit. **In cuius** rei testimonium Sigillum nrum presentibus apponi fecimus Dat in Manerio nro de Lambhith Wintonien dioc xxvij° die mensis Aprilis Anno dni Millmo quingen° quinquagesimo Sexto Et nre Consec Anno Primo

Certificatorium super executione eiusdem

Illustrissimo ac Reverendissimo in xpo patri et dno domino Reginaldo miseratione divina tituli Sancte Marie in Cosmedin Sancte Romane ecclie presbitero Cardinali Polo nuncupato Cantuarien Archiepo totius Anglie etc.

Primati et apostolice Sedis legato nato necnon ad Illustrissimos in Christo principes et dominos nostros Philippum et Mariam R[egem] et R[eginam] de latere legato vestrove Vicario in spiritualibus generali Commissario sive Directori quibuscunque Vester humilis et devotus et ad mandata vestra obedire paratissimus Ricardus permissione divina Doveren. episcopus ecclesie vestre metropolitice Cantuarien. Vicedecanus omnimodam reverentiam subiectionem et obedientiam tanto Reverendissimo patri debitas cum honore. Mandatum vestrum Reverendissimum cuius tenor presentibus est annexus primo die presentis mensis May reverenter accepi. Cuius vigore fratres et antea immediate eadem qua potui accommoda celeritate omnes et singulos in ea parte monendos et citandos quorum nomina et cognomina una cum titulis dignitatum prebendarum officiorum et administrationum suarum in presenti Certificatorio annexo continentur tam in specie quam in genere omnibus viis et mediis quibus melius pro tempore et temporibus meis potui iuxta formam et effectum mandati vestri Reverendissimi peremptorie monui atque citavi quod compareat et quilibet eorum compareat personaliter et eorum cuiuslibet interest coram vestra Reverendissima Paternitate vestrove Vicario in spiritualibus generali Commissario sive Directori quibuscunque die hora et loco in mandato vestro prenominato specificatis dispositionem vestram Reverendissimam tunc et ibidem subituri humiliter et suppliciter obtemperaturi facturi et recepturi quod tenor et effectus dicti mandati vestri Reverendissimi (ut premittitur) annexi de se exigit et requirat. Et sic mandatum vestrum predictum pro debito officii mei in hac parte obivisse et fideliter sum executus. Nomina vero et cognomina omnium et singulorum una cum titulis dignitatum officiorum et ministrationum suarum in schedula presentibus annexa clare dilucide et aperte distribuuntur et exprimuntur. In cuius rei testimonium sigillum venerabilis viri magistri Roberti Collins de officio Commissariatus Cantuarien. presentibus apponi procuravi. Dat. decimo septimo die mensis May Anno Domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo sexto

Nomina et cognomina omnium et singulorum in ecclesia metropolitica Christi Cantuarien. citatorum et monitorum una cum titulis dignitatum officiorum et ministrationum suarum sequuntur

Egregius vir d. Nicholaus Wotton decanus
Reverendus pater d. Ricardus Thornden
Doveren. episcopus Vicedecanus
Mr Arthurus Sentleger prebendarius
Mr Johannes Parkhurst prebendarius
Mr Hugo Glasier prebendarius
Mr Johannes Myllys prebendarius
Mr Ricardus ffawcet prebendarius
Mr Thomas Woode prebendarius
Mr Hugo Hugo Turnbull prebendarius
Mr Robertus Collens prebendarius
Mr Johannes Warren prebendarius
Mr Willelmus Darrell prebendarius
Mr Radulphus Jackson prebendarius

Mr Robertus Goldes
Mr Robertus Hill
Mr Johannes Trumbill
Mr Thomas Burwell
Mr Nicholaus Morton
Mr Robertus Willanton
Verbi dei Predicatores

Johannes Marden
Johannes Carssen
Thomas Frogin
Thomas ffyssher
Thomas Boulter
Bartholomeus Fekeham
Thomas West
Willelmus Best
Johannes Duly
Thomas Langdon
Willelmus Goldwell
Georgius ffrebell
Minores Canonici

Willelmus Gelbye
Thomas Bull
Willelmus Cryspe
Johannes Manders
Edmundus Dynger
Johannes Fouke
Willelmus Lede
Robertus Colman
Thomas Ewell
Antonius Bonnyng
Robertus Tanner
Thomas Harlowe
Nicholaus Wharton
Vicarii Chorales

Choriste

Johannes Merrick
Thomas Waryner
Stephanus Bull
Willelmus Harrys
Thomas Colly
Johannes Gerard
Bartholomeus Flyar
Marcus Horsfold
Thomas Durrant
Johannes Wythardy

Pueri erudiendi in schola grammatica

Laurentius Twyne
Thomas Hollybreade
Anthonius Holte
Johannes Josephe
Ricardus Woode
Robertus Corkeson
Johannes Lewke
Griffinus atwood
Georgius Wreke
Thomas Baryston
Stephanus Gate
Johannes ffranckelyn
Thomas Drake
Thomas Motton
Robertus Owen
Alexander Weston
Ricardus ffenner
Ricardus Brokman
Thomas Pende
Henricus Shadwell
Henricus Cooke
Henricus Barton
Willelmus Walrocke
Thomas Wilkinson
Henricus Hydes
Robertus Mast
Jacobus Tonge

Pueri

Thomas Webbe
Robertus Tramsam
Ricardus Pickeringe
Willelmus Clarke
Georgius Lestell
Willelmus Welton
Nicholaus Kelsham
Thomas Colbye
Edwardus Sheppard
Ricardus Howell
Clemens Thatcher
Jacobus Dany
Johannes Salmon
Ricardus Lewes
Robertus Woodward
Anthonius Shutleworth
Thomas Bisshoppe senior
Johannes Master
Thomas fforte
Hugo Smyth
Thomas Bisshoppe junior
Willelmus Bryden
Nathanael Bee
Henricus Dunne

Subsacriste

Thomas Colloway
Willelmus Culmer

Vergiferi

Robertus Absolon
Johannes Clarke

Campanarii pulsatores

Radulphus Albright
Eustachius Colman
Willelmus Warde
Thomas Bolser

Pauperes

Johannes Coddington
Johannes Lupton
Matheus Clarke
Willelmus Hill
Willelmus Butterwicke
Thomas Williams
Ricardus Watt
Edwardus Tomner
Johannes Shawe
Patricius Twyne
Thomas Calcotte
Radulphus Albright

Pincerne

Willelmus Stubbins
Christoforus Smyth

Obsonator

Johannes Lestell

Coci

Rogerus Mantell
Johannes Baker

Janitores

Jacobus Killigrewe
Johannes Corke

Dicto decimo octavo die Mensis May Missa de spiritu sancto ad summum Altare in Choro ecclesie metropolitice Christi Cantuariensis predicte per Reverendum patrem dominum Ricardum Thornden Doverensem Episcopum pontificalibus et mitra indutum solemniter decantata Ac deinde finita missa facto Sermone per magistrum Thomam Woode sacre Theologie Bacchalaureum in Domo capitulari ecclesie metropolitice Christi Cantuar predicte accepto pro Themate Vade et vide si cuncta sint prospera inter pecora et iumentia mea. Comparuit personaliter coram magistro David Pole legum doctore Vicario in spiritualibus generali Reverendissimi domini Reginaldi Pole Cardinalis et Archiepiscopi Cantuariensis etc. dictus Reverendus pater Episcopus Doverensis predictus et exhibuit mandatum citatorium originale una cum certificatorio super executione eiusdem

Quo per me Johem Vincent Notarium pubcum de mandato dci magri Pole pui perlectis et facta preconizatione omnium et singulorum citatorum et monitorum Idem magr Pole pu proposuit quosdam articulos observationem fundationis et stabilitionem dce ecclie metropolitice xpi Cantuarien concernentes Ac etiam publicavit et declaravit eisdem tunc ibm presentibus Constituciones legatinas nuper in Synodo legatina auctoritate dci Reverendissimi dni Reginaldi Cardinalis Poli de latere legati celebrata editas Quibus sic gestis et expeditis Idem continuavit et prorogavit hmoi visitationem suam hoc ad et in vicesimum septimum diem mensis octobris [illegible] in domo capitulari predicte et ad quamlibet dce circa sita [illegible] continuacoes diem

Mandatum directum Archino Cantur

Reginaldus miseratione divina tituli Sancte Marie in Cosmedin Sancte Romane ecclesie Presbiter Cardinalis Polus Cantuarien Archiepus etc. **Dilecto** nobis in Christo filio magistro Nicholao Harpesfeld legum doctori Archino Archidiaconatus nri Cantuarien seu eius Officiali Salutem gratiam et ben. **Cum** etiam ex sacre legis auctoritate pro cura nri commisse et gregi nobis credito usque tutele et fidei commissi diligenter attendere et invigilare teneamur ac studiosius exquirere que dei gloria et honore subditorum Civitatis et dioc nostrarum Cantuarien utilitatem commodum et emolumentum ac virtutum incrementum et viciorum extirpationem concernere dinoscuntur Hinc est quod Nos totam Civitatem et dioc nostras Cantuarien Clerumque et populum earundem (divina favente Clementia) actualiter visitare intendentes vobis et vestrum utrique tenore presentium inhibemus ac per vos seu alterum vestrum omnibus et singulis aliis personis iurisdictionem ecclesiasticam infra Archidiaconatum predictum exercentibus sic inhiberi volumus atque mandamus Quatenus nec vos nec vestrum alter pendente visitatione nra hmoi ecclesias aut alia loca, Clerum aut populum civitatis dioc nre Cantuarien visitare aut ea que sunt iurisdictionis exercere a die receptionis presentium seu quicquam aliud in preiudicium visitationis nre quomodolibet attemptare presumatis seu presumant sub pena iuris. Mandantes tenore presentium vobis et vestrum utrique Quatenus citetis seu citari faciatis peremptorie omnes et singulos Rectores et Vicarios dignitates vel Beneficia ecclesiastica quecumque obtinentes, Capellanosque parrochiales sive Stipendiarios quoscumque infra Civitatem et dioc nostras Cantuarien predictas degentes et divina celebrantes Necnon cuiuslibet parrochie tres vel quatuor viros laicos fide [illegible] dignos pro numero Classe et qualitate cuiuslibet parrochie Quod compareant et eorum quilibet compareat coram nobis aut nro in spiritualibus Vicario generali seu Commissario quocumque diebus horis et locis in Cedula presentibus annexa specificatis et in singulis eius continuacoes et prorogatione dierum et locorum tunc sequentium si oporteat visitationem nram in hac parte recepturi humiliter subituri et exhibituri Necnon auditur facturi et recepturi que ex parte nra eis fuerint exponenda et ministranda. **Premonentes** etiam dictos Vicar et Curatos hmoi Quatenus commodo Procurationes et alia iura nobis ratione visitationis nre hmoi competen quatenus eos respective concernunt et que ab antiquo fieri assolet cedere dictis diebus et locis prosolvant et persolvant Necnon etiam quod titulos dignitatum, Beneficiorum suorum Instituciones facultatesque et dispensationes suas, ac ordines suos cedere producant et ostendant Ceteraque faciant et recipiant quod natura et qualitas visitationis nre hmoi de se exigunt et requirunt vobis par [illegible] Mandantes et precipientes vobis et vestrum utrique Quatenus quorumcumque defunctorum executores ac ab intestato decedentium relictas filios et consanguineos aut consanguinitate coniunctos eorundem defunctorum in infra dioc predictis commorantes omnes et singulos peremptorie citetis seu citari faciatis Quatenus ipsi et eorum quilibet diebus et locis hmoi coram nobis aut nro Vicario in spiritualibus generali seu Commissario compareant et compareat Testamenta et ultimas voluntates eorundem defunctorum cedere exhibitur ac omnes executiones eorundem vel Administrationes bonorum dictorum defunctorum iuxta iuris exigentiam in se acceptaturi vel refutaturi

Ulteriusque facimus et recipimus quod iustum fuerit in hac parte ac natura et qualitates visitationis nostre huiusmodi de se exigunt et requirunt. Et quid in premissis feceritis aut fieri feceritis seu exequi causaveritis in hac parte nos aut Vicarium nostrum in spiritualibus generalem sive Commissarium quemcumque dictis die hora et loco debite et auctentice per literas vestras patentes harum seriem una cum nominibus et cognominibus omnium et singulorum per vos aliis seu eorum aliquem citatorum et monitorum in quadam schedula literis vestris certificatoriis huiusmodi annectenda conscriptis certiores facere curetis prout convenit. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus apponi fecimus. Dat' in manerio nostro de Lambehith vicesimo septimo die mensis Aprilis Anno domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo sexto Et nostre consecrationis Anno Primo

Reverendissimo in Christo patri et domino domino Reginaldo miseratione divina tituli Sancte Marie in Cosmedin Sancte Romane ecclesie presbitero Cardinali Polo nuncupato Cantuarien' Archiepiscopo totius Anglie Primati et apostolice sedis legato nato etc. vestroque in hac parte Commissario cuicumque vester humilis et devotus ac ad mandata vestra exequenda paratissimus Nicholaus Harpesfeld legum doctor Archidiaconus vester Cantuarien' omnimodas reverentias et obedientiam tanto reverendissimo patri debitas cum omni honore. Literas vestras mandatorias quibus hoc certificatorium est annexum nuper cum ea qua decuit reverentia recepi easdem iuxta mei officii debitum ac subordinationis vinculum quo vestre reverendissime paternitati intime teneor exequendo debite mandavi. Earumque vigore pariter et auctoritate omnes et singulos quorum nomina et cognomina in libro quem vestre reverendissime paternitati simul cum presentibus transmitto continentur et specificantur aliisque viis et modis quibus de iure melius potuissem citari et moneri feci ad comparendum coram vestra reverendissima Paternitate vestrove Commissario in ea parte quocumque diebus hora et locis in schedula prefatis literis mandatoriis annexa conscriptis visitationem vestram huiusmodi debite subituros ceteraque mandata in eisdem literis conscripta prout singula singulis concernunt debite acturos et perimpleturos. Ulteriusque facturos et recepturos quod iusticia ... visitationis qualitas in hac parte suadebunt. Et sic mandatum vestrum reverendissimum quantum pro viribus potui debite sum executus. In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus apposui. Dat' xiij° die mensis May Anno domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo Sexto

Certificatorium super executione dicti mandati

Sessiones assignate pro visitatione predicta

Die Martis decimo nono May in ecclesia parochiali Sancti Alphegi visitabuntur Decanatus Cantuar' et Westbere

Die Mercurii vicesimo May in ecclesia de Bisshoppesbourne visitabuntur Decanatus de Bregge et Elham

Die Jovis vicesimo primo May in ecclesia Sancte Marie Dovor visitabitur Decanatus Dovor

Die Veneris vicesimo secundo May in ecclesia Sancti Petri Sandwici visitabitur Decanatus Sandwici

Die Jovis vicesimo octavo May in ecclesia de Sythingbourne visitabuntur Decanatus de Sythingbourne et Osperinge

Reginaldus miseratione divina tituli Sancte Marie in Cosmedin Sancte Romane ecclesie presbiter Cardinalis Polus nuncupatus Cantuarien' Archiepiscopus totius Anglie Primas et apostolice sedis legatus natus etc. Dilectis nobis Capellanis parrochialium beate Marie de Arcubus Sancti Vedasti in ffoster Lane Omnium Sanctorum in Bredstrete beate Marie Aldermary Sancti Johannis in Watlingstrete Sancti Pancrasii et Sancti Michaelis in Riola decanatus nostri de Arcubus immediate respective Civitatis London' nostre et ecclesie nostre Christi Cantuarien' iurisdictionis Salutem gratiam et benedictionem. Cum nos (Deo duce ac eius directione quibuscumque opitulante) visitationem nostram metropoliticam in decanatu nostro predicto propediem celebrare et exercere proponimus. Vobis igitur coniunctim et divisim committimus et firmiter

Mandatum visitationis in decanatu de Arcubus London' iniungendo mandamus Quatenus citetis seu citari faciatis peremptorie omnes et singulos rectores et Capellanos pensiones ecclesiasticas seruicia salaria et stipendia ministerij sui gratia obtinentes infra decanatum predictum commorantes Quod compareant Coram nobis aut predilecto filio nostro decano decanatus predicti in ecclesia parochiali beate marie de Arcubus predicti die Mercurij videlicet vicesimo secundo die presentis mensis Aprilis inter horas octavam et nonam ante meridiem illius diei cum continuatione et prorogatione dierum horarum et locorum extunc sequentium (si oportebit) et prout ipsius fuerit visitationem nostram huiusmodi iuxta Sanctorum Patrum decreta sacrorum Canonum normam et ecclesie Anglicane approbatam Consuetudinem humiliter subituri Necnon institutiones beneficiorum per eos et eorum quemlibet obtentorum (si plures sunt) Alioquin illius quod singillatim eorum quilibet obtinet literasque ordinum dispensationes gratias facultates et diplomata sua quecumque coram producturi et ostensuri Moneatis insuper prefatarum ecclesiarum parochialium yconomos gardianos et bonorum custodes atque parochianos earundem respectiue parochiarum probiores meliores et fidedigniores in numero competenti et consueto Quod ipsi compareant et eorum quilibet compareat coram nobis aut dicto nostro decano quotiens die hora et loco predictis de et super criminibus excessibus et delictis quibuscumque tam clericorum quam laicorum infra parochias predictas seu earum aliqua degentium siue residentium quorum correctio punitio et castigatio ad nos et forum ecclesiasticum spectare et pertinere dinoscuntur) nos seu decanum predictum informaturi et certiores reddituri Ut nos (deo cooperante) eadem corrigere et reformare pro valeamus Postremo hanc tenore vos clericos auditos et eorum quemlibet monemus Quatenus vos et quilibet eorum respectiue coram nobis eisdem die hora et loco comparatis et compareat visitationem nostram huiusmodi quatenus vos et quemlibet eorum respectiue concernit etiam humiliter subituri vestrasque operas et sana Consilia in hac parte (ut vere obedientes filij) prestituri et exhibituri Et Quid in premissis feceritis nos aut decanum huiusmodi dictis die hora et loco debite et autentice certificetis et sic certificet quilibet eorum qui presens nostrum mandatum fuerit executus Dat sub sigillo quo in hac parte utimur decimo sexto die mensis Aprilis Anno domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo octavo Et nostre Consecrationis Anno Primo

Memorandum quod emanavit similis monitio sub dat predict Rectoribus sancti Dunstani in oriente Sancti Dionisij Barkechurche omnium sanctorum in lumbardstrete, Sancti Leonardi in Eastchepe Sancti Michaelis in crokid lane et beate marie Bothehawe decanatus de Arcubus predict ad subeundum visitationem huiusmodi in ecclesia parochiali sancti dunstani predict die Lune videlicet vicesimo quarto die dicti mensis Aprilis cum continuatione dierum et horarum etc ut supra

Circa divinum Cultum

Articuli inquirendi in visitatione predicta

Inprimis an divinum officium in ecclesijs horis diebus et temporibus accomodis obseruatur / **Item** inquiratur de vita et moribus Rectorum Vicariorum et Curatorum **Item** an diligenter reverenter et debite Sacramenta et Sacramentalia ministrant **Item** an aliqui parochianorum suorum illis decesserint culpa negligentia vel absentia eorum / **Item** an frequentant tabernas vinarias aut alia loca ex quibus infamia vel scandalum oritur / **Item** an diligenter docent obstetrices modum baptizandi in casibus necessitatis secundum Canonum normas et exponuntur quid Canones in hac parte velint / **Item** an habeant aquam benedictam paratam tempore partus **Item** exponuntur Cura que declarant que et qualia fieri debent quum contingat mulierem pregnantem mori quam sepeliri non debet antequam partus excindatur Et Consilium est ut quum hoc fit os mulieris custodiatur apertum ut videtur exhibitum [illegible] / **Item** an habeant et seruant librum in quo nomina et cognomina reconciliatorum parochianorum inscribuntur / **Item** an sint aliqui clerici qui dudum corpora cum mulieribus erant conuicti qui adhuc reconciliati non sunt / Cum sit designando eorum nomina et cognomina et loca habitationum suarum / **Item** an decem et precepta et articuli fidei recitentur plebi et pueris per pastores. **Item** exhibeant presbiteri litteras ordinum suorum et beneficiati titulos beneficiorum et si plura beneficia obtinent diplomata obtenta. **Item** an sacri canones (an hij qui ad cultum divinum et ad bonos pios usus et disciplinam divinam attinent) in omnibus observentur. **Item** an nomina sancti Thome Martiris et domini nostri Pape dudum abolita rasa et deleta restituta sint pristinis voluminibus et locis, si non ut fiat. **Item** an clerus et plebs universaliter publice in ecclesijs inter divina orent devote pro felici statu Regis et Regine cum commemoratione plagarum preteritarum

Pro laicis

Inprimis an credant articulos fidei et (quoad humana sinit fragilitas) servent precepta Dei ac commissa sacerdotibus dolentes sub auriculari confessione detegant et Domi-rient. Virtutibus incumbant et sacramenta ecclesie colant et venerentur. **Item** an qui diebus dominicis vel festivis absque causa rationabili se ab ecclesijs suis parochialibus pro divinis audiendis subducant et absentant. **Item** an sint publici fornicatores adulteri aut incestuosi. **Item** an sint perturbatores divinorum et confabulatores rixatores et litigiosi in ecclesijs et aut contiguis cimiterijs earundem. **Item** an foveant lenocinia ac impudicos vel suspectos homines frequentent accessus. **Item** an sint blasphemantes sanctum nomen Dei. **Item** an sint periuri simoniaci usurarij, fenoratores aut alij in Deum parentes vel vicinos impij. **Item** an fons baptismalis sub sera aut alio tuto custodiatur et ita servetur ut pollui non possit. **Item** an Eucharistia et Chrisma honorifice serventur renoventur et a ministris decenter tractentur. **Item** an sint ornamenta ecclesie et altaris accomoda et divinis celebrandis apta iuxta rationes temporum anni viz et quadragesimalibus et alijs inquirendo de singulis in specie. **Item** inquiratur de ruinis ecclesiarum et cancellorum et an tecta fenestre stalla chori ecclesiarum necnon edes et alia edificia rectoriarum et vicariarum sint ruinosa et collapsa ac cimiterij vel quorum fenestre et de clausuris cimiteriorum ne bestie ingrediantur et de gramine depasto et de arboribus in eodem crescentibus. **Item** an sint qui detrahant ab ecclesijs decimas oblationes aut alia debita ecclesie vel populi devotionem sacrilego quasi avertant. **Item** an habeant crucem et affixam una cum simulachris virginis Marie et Iohannis necnon et principalem ymaginem sive patronum ecclesie decenter erectas. **Item** an qui habeant libros scismaticos pravos hereticos, tales viz qui in novissima synodo reprobantur et condemnantur. **Item** an qui sint qui mechanicis artibus aut secularibus exercitijs diebus dominicis vel festivis (presertim missis divinis horis) operam dant. **Item** an sint ebriosi et grassatores aut infames etc. **Item** an sint qui exerceant magicas artes, charma aut illicitas incantationes. **Item** an qui sint matrimonio coniuncti in gradibus lege divina aut canonica prohibitis. **Item** an qui bannis non proclamatis vel absque licentia non obtenta facultate) matrimonia clandestina celebrari obtineant. **Item** an sint qui non debitum honorem sacramento altaris adhibent credentiam non habeant, aut alios vel in eo non credant moveant suadeant aut adhortentur palam vel clam aut de heresi sint suspecti. **Item** an aliqui sint qui sacramentum eucharistie in Paschate non acceperunt. **Item** an sint qui faciunt conventicula conciliabula lectiones et professiones clandestinas. **Item** an sint qui habent et iniuste detinent bona ecclesie. **Item** Collatio beneficiorum inquirenda et causa vacationis. **Item** an sint qui non observant ieiunia ab ecclesia indicta vel de consuetudine laudabili indicta et recepta. **Item** an registrum observatur de baptizatis una cum nominibus compatrum de matrimonijs et sepultis. **Item** an altaria omnia in ecclesijs consecrata sint vel consecrentur, fiat mandatum. **Item** an corpus Christi in Eucharistia ad egrotos deferatur devote et cum luminibus et tintinnabulo etc. **Item** an schole puerorum hospitalia et bibliothece recte observantur et an sint oculis subijciendum ac de ludimagistris et hypodidascalis an sint idonei et officijs suis credulis fideli et ab ordinarijs loci examinati et approbati. **Item** an aliqui administrabant bona defunctorum sine auctoritate Ordinarij. **Item** inquiratur de ecclesijs unitis et consolidatis ac earum patronis. **Item** de pauperibus parochie et quomodo eis prospicitur. **Item** de largitione Rectorum non residentium pro quadragesima de beneficijs suis. **Item** an lampas vel cereus ardeat ante sacrosanctum Eucharistie sacramentum. **Item** an infantes debito more Episcopo pro sacra confirmatione suscipienda habenda presentantur. **Item** quoad ecclesias cathedrales vel collegiatas necnon hospitalia xenodochia et alia loca pia inquiratur an fundatio sive erectio aut primeva institutio earundem una cum singulis innatis vel approbatis consuetudinibus statutis et ordinationibus rite et recte observentur. Exhibitis vero hijs viz institutione primaria et statutis inquiratur de singulis earundem capitulis et articulis. Cetera vero inquirenda et investiganda ac reformanda dabit occasio et solers visitantium discretio pro loco et tempore congruis.

Md quod Acta visitacionis memorate describuntur in libro papiri penes Registrum remanente/

Item alius liber in quo describuntur Comperta et detecta in dicta visitatione traditus fuit magistro Nicholao Harpisfeld Archidiacono Cantuar. et Roberto Collins Comissario generali Civitatis et dioc. Cantuar. de mandato Reverendissimi domini Cardinalis Poli Archiepiscopi Cantuar. etc. una cum Comissione ad reformandum et corrigendum huiusmodi detecta etc. Qui quidem liber non fuit transmissus ad Registrum etc.

Comissio ad visitandum Collegium Animarum in Oxonia

Reginaldus miseratione divina tituli Sancte Marie in Cosmedin Sancte Romane ecclesie presbiter Cardinalis Polus Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie Primas et apostolice sedis legatus natus etc. Dilecto nobis in Christo magistro Henrico Cole legum doctori decano nostro decanatus de Arcubus London et eiusdem Curie Officiali Salutem graciam et benedictionem. Pastoralis Cure solicitudo circa gregem sibi commissum ita tenetur invigilare et solertem operam in concreditis sibi negotiis assidue impendere ut vitam et mores sue cure commissorum notos semper habeat et perspectos Ac ut bona piorum locorum que ad certum usum largitione fidelium sunt pie et religiose destinata ad illud debeant et non aliud absque urgente necessitate converti. Dudum siquidem decrevimus Collegium nostrum animarum omnium fidelium defunctorum in Universitate Oxonie situm nostrarum fundationis et Jurisdictionis immediate tam in Capite quam in membris vicesimo septimo die presentis Mensis Julii visitare. Verum quoniam tot tantisque et tam arduis negotiis sumus impediti prout de verisimili credimus infuturum. Ad dictum nostrum visitationis propositum in persona nostra propria exequi et expedire non valeamus ubi optamus et volumus [illegible] impedimentis non remorandum. Tibi igitur de cuius Conscientie puritate Circumspectionis industria ac in rebus feliciter gerendis dexteritate in hiis et aliis tibi creditis negotiis plurimum confidimus. Ad visitandum Collegium nostrum predictum vice loco et nomine nostris tam in Capite quam in membris iuxta formam Statutorum et ordinationum dicti nostri Collegii exigentiam dicto vicesimo septimo die dicti Mensis Julii cum continuatione et prorogatione dierum et horarum tunc sequentium (ac locorum si oportebat). Necnon ad inquirendum investigandum et indagandum super omnibus et singulis articulis Capitulis et decretis in Ordinationibus et Statutis supradicti Collegii nostri et ab eis eliciendis et colligibilibus interrogatoriis quibuscunque etiam sub omnium et singulorum infra dictum Collegium degentium et commorantium iuramentis corporalibus de dicenda plena et mera veritate quam noverint prestandis eis et eorum cuilibet deferendis eademque obiiciendum et ministrandum iuxta et secundum Ordinationes et Statuta Collegii nostri predicti. Atque super omnibus et singulis bonam famam Comodum Statum et honorem dicti Collegii concernentibus et ea que in dicto Collegio et personis eiusdem noverint seu crediderint reformanda exactissime indagandum et investigandum excessusque negligentias Crimina et delicta quecunque dicti Collegii qualitercunque commissa iuxta vim formam et effectum Fundationis Ordinationum et Statutorum Collegii nostri predicti corrigendum et debite puniendum Attemptataque contra dicta Statuta et Ordinationes dicti Collegii nostri debite reformandum et retractandum Totumque Collegium nostrum in Statum debitum et laudabilem quam poteris reducendum. Et insuper Vicecustodem vel quoscunque alios inibi Socios aut Scholares seu ministros delinquentes super criminibus et delictis per vos investigandum reum vel reos ac culpabilem seu culpabiles detectos inventos et repertos vel convictos ab Administrationibus et Officiis etiam a dicto Collegio et Societatibus sint in eodem (iuxta Statutis et Ordinationibus supradicti Collegii nostri et Culpis sint id exigentibus) penitus amovendum et huiusmodi sint Officiis ad effectus privandum et expellendum. Denique Comissa detecta et comperta pro tuo sano arbitrio viis et modis quibus tibi melius videbitur puniendum castigandum et reformandum. Necnon Iniunctiones quascunque eisdem Vicecustodi Sociis et Collegio salutares et utiles viva et voce dandum ibidem eodem tradendum et sub penis per te infligendis firmiter observari mandandum et faciendum. Ceteraque omnia et singula faciendum exercendum et expediendum que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna tibi vices nostras harum serie committimus et plenam tenore presentium concedimus facultatem. Teque Comissarium nostrum in premissis et circa ea omnia et singula per te gerenda expedienda et obeunda cum potestate quarumcunque Censurarum ecclesiasticarum fulminandarum ordinamus preficimus et constituimus per presentes. In Cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus. Dat. in Manerio nostro de Lambehith xx° die mensis Julii Anno domini 1558 et nostre Cons. Anno tertio.

Md quod supranominatus magister Henricus Cole Comissarius memoratus retinuit secum et processum visitationis Collegii predicti Cuiusque processus huiusmodi non fuit transmissus ad Registrum

Citatio pro visitatione Collegii omnium animarum Oxon

Reginaldus miseratione divina tituli Sancte Marie in Cosmedin Sancte Romane ecclesie presbiter Cardinalis Polus Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie primas et apostolice sedis legatus natus **dilectis** nobis in Christo Vicecustodi et Sociis Collegii nostri animarum omnium fidelium defunctorum nostrarum fundationis et jurisdictionis infra Universitatem Oxon situat salutem gratiam et benedictionem. **Pastoris** sollicita providentia cure sibi credite sic debet operam impendere ut subditorum et mores sue cure commissorum vetos et perversos habitos valeat atque solerti studio prospicere ne bona piorum locorum que ad certum destinantur usum largitione piorum et fidelium hominum fuerint destinata ad illum et non alium debeant absque urgente necessitate converti vel mutari. Quocirca nos dictum nostrum Collegium tam in capite quam in membris ad omnipotentis dei honorem ac animarum degentium in eodem salutem dictique Collegii stabilitatem ac viciorum ibidem pullulantium extirpationem per nos aut nostros in hac parte commissarios visitare, defectus quoscumque inibi repertos correctione et reformatione dignos debite reformare, ipsumque Collegium in statum decentem reducere magnopere cupientes, vos omnes et singulos dicti Collegii nostri socios et ministros tenore presentium citamus et citari volumus quatenus comparatis et quilibet vestrum per se compareat coram nobis aut nostro in hac parte commissario quotidie in Capella infra dictum Collegium situata die Mercurii viz vicesimo septimo die presentis mensis Julii inter horas octavam et nonam ante meridiem eiusdem diei cum continuatione et prorogatione dierum extunc sequentium prout convenit more solito congregati visitationem nostram debitam officium humiliter subituri, ulteriusque facturi dicturi audituri et recepturi quod justitia in hac parte suadebit. Inhibentes etiam tenore presentium vobis Vicecustodi et Sociis ac ministris omnibus et singulis Collegii predicti ne vos aut vestrum aliquis quicquam in huiusmodi nostre visitationis preiudicium attemptetis vel attemptet vestrum aliquis, faciatis aut faciat quovis quesito colore vel ingenio sub pena contemptus. De diebus vero receptionis presentium et executionis vestre earundem necnon et quid in premissis feceritis nos aut commissarium nostrum huiusmodi dictis die hora et loco per literas vestras patentes harum seriem una cum citatorum nominibus et cognominibus in se continentes sigillo vestro communi munitas certiores facere curetis prout decet. Dat in manerio nostro de Lambehith decimo tertio die mensis Julii Anno domini 1558 Et nostre consecrationis Anno tertio.

Alia Commissio ad visitandum Collegium predictum

Reginaldus miseratione divina tituli Sancte Marie in Cosmedin Sancte Romane ecclesie presbiter Cardinalis Polus Cantuariensis Archiepiscopus etc. **dilecto** nobis in Christo magistro Nicholao Harpesfeld legum doctori decano decanatus nostri de Arcubus London ac alme Curie nostre Cantuariensis officiali salutem gratiam et benedictionem. **Status** Collegii nostri animarum omnium fidelium defunctorum in Universitate Oxon siti nostrarum fundationis et jurisdictionis immediate nuper per vicecustodem et socios eiusdem significatus et cura qua erga idem Collegium utimur propter virtutes et bonas artes gerimus, ac ut pii fundatoris Collegii nostri predicti statuta et ordinationes melius observentur nos commoverunt ut ipsum Collegium nostrum tam in capite quam in membris dudum visitare decrevimus. Verum quoniam corporis nostri infirmitate impediti ita sumus impediti et detenti quod dictum nostrum prius propositum in persona nostra exequi et expedire non valeamus (uti optamus), Tibi igitur de cuius constantia gravitate circumspectionis industria et in rebus feliciter gerendis dexteritate in hiis et aliis tibi creditis negotiis plurimum confidimus, **Ad visitandum** Collegium nostrum predictum suis loco et tempore viz tam in capite quam in membris iuxta formam statutorum et ordinationum dicti nostri Collegii exigentia crastino animarum viz tertio die futuri mensis Novembris vel infra tres dies extunc proxime sequentes una cum continuatione et prorogatione dierum extunc sequentium si et quatenus tibi melius visum fuerit expedire, necnon ad inquirendum investigandum et indagandum super omnibus et singulis articulis capitulis et decretis in ordinationibus et statutis supradicti Collegii nostri et ab omnibus obiiciendis et colligibilibus interrogatoriis quibuscumque etiam sub omnium et singulorum infra dictum Collegium degentium et commorantium iuramentis tota de dicenda plena et mera veritate quam noverint prestandis ac omnibus et eorum cuilibet obiiciendum et ministrandum iuxta et secundum ordinationes et statuta Collegii nostri supradicti, Atque super omnibus et singulis bonam famam commodum statum et honorem dicti Collegii concernentibus et ea que in dicto Collegio et personis eiusdem noverint seu crediderint reformanda exactissime indagandum et investigandum, excessusque negligentias crimina et delicta quecumque dicti Collegii nostri qualitercumque commissa iuxta omnem vim formam et effectum dictarum ordinationum et statutorum Collegii nostri predicti debite reformandum et retractandum, ipsumque Collegium nostrum in statum debitum et laudabilem quoad poteris reducendum. Et insuper vicecustodem vel quoscumque alios inibi socios aut scholares seu ministros delinquentes super criminibus et delictis per te investigand, reos vel reos aut culpabiles seu culpabiles detectos inventos et repertos vel convictos ab administrationibus et officiis etiam a dicto Collegio et Societatibus suis in eodem iuxta Statuta et Ordinationibus supradicti Collegii tui et culpis suis id exigentibus penitus amovend et quod suis officiis ad eos effectus privand et expellend / Dictaque Commissa detecta et comperta pro tuo sano arbitrio viis et modis quibus tibi melius videbitur puniend castigand et reformand / Necnon iniunctiones quascumque eisdem Custodi et Sociis ac Collegio salubres et utiles vice et nomine nostris ibidem edend tradend et sub penis per te infligend firmiter observari mandand et faciend / Necnon ad cognoscend statuend procedend et diffiniend tam in negotiis Electionum Scholarium in Annum probationis in dicto Collegio eligend aut in veros Socios eiusdem admittend quam etiam quorumcumque officiariorum et ministrorum in eodem Collegio fiend / **Et si propter** huiusmodi dissensiones Electiones Officiariorum vel Scholarium huiusmodi ad nos devolvi et deferri contigerit Tibi vices nostras et plenam potestatem committimus tam Scholares et Officiarios huiusmodi quoscumque quorum nominatio et electio ad nos ratione huiusmodi dissensionis per Statuta eiusdem Collegii tui sic (ut premittitur) devolvi et deferri contigerit vice et auctoritate nostris nominand eligend et in eodem preficiend / Necnon Compotum sive Ratiocinia quorumcumque officiariorum predicti Collegii tui recipiend audiend examinand et approband prout tibi melius videbitur expedire **Ceteraque** omnia et singula faciend exercend et expediend que in hac parte necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna vel requisita adeo plene libere et absolute ac in tam amplis modo et forma prout nosmetipsi ex tenore fundationis dicti Collegii nostri successionis iure facere et exequi possemus vel deberemus si personaliter adessemus Tibi vices nostras una cum facultate verba obscura et ambigua in dicti Collegii tui Ordinationibus et Statutis contenta vice et auctoritate nostris interpretand exponend et declarand harum serie committimus et plenam tenore presentium concedimus potestatem / Teque Commissarium nostrum in hac parte una cum potestate quascumque Censuras ecclesiasticas canonice fulminand ordinamus preficimus et constituimus per presentes pro hac vice dumtaxat duratur / **Assumpto** tibi in actorum scribam et Registrarium dilecto nobis in Christo magistro Anthonio Huse Armigero et Registrario nostro principali vel (eo absente aut aliunde impedito) magistro Alphonso Fetter in legibus Baccalaureo eiusdem Anthonii in Civitate et dioc Oxon' Sede Episcopali ibidem vacante Surrogato vel alio notario publico idoneo quocumque / Volentes quod expleto huiusmodi visitationis negotio totum et integrum processum eiusdem ad nos et Registrarium nostrum in formis originalibus vel authenticis integre transmittatur in Archivis nostris remansur / **In cuius** rei testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus / Dat' in Manerio nostro de Lambehith xx° die mensis Octobris Anno domini 1558 Et nostre Consecrationis Anno Tertio

Vacationes diuersarum Sedium Epalium Cantuariensis prouincie contingen tempore Reuerendissimi in xpo pris et dni dni Reginaldi miseratione diuina tituli Sancte Marie in Cosmedin Sancte Romane Ecclesie Pbri Cardinalis Poli Cantuarien Archiepi totius Anglie primatis et aplice Sedis Legati nati &c

Vacatio Sedis Epalis Petriburgen per obitum bone memorie dni Johis Chamber vltimi Epi et Pastoris eiusdem Anno dni 1556

Petriburgen

Comissio

hiis et aliis plurimum confidimus auctoritate apostolica nobis in hac nostra legatione concessa
et qua fungimur in hac parte tenore presentium committimus Quatenus si ita que tam circa si
tuationem et valorem beneficiorum quam persone sufficientiam et dictorum ministrorum ecclesiastico
rum in dicta diocesi defectum sunt premissa veris existentibus cum Roberto prefato postquam ipse quod
uno certo tempore in una et alio in altera ecclesiis prefatis prout tibi et loci Wintoniensis pro
tempore existenti magis expedire videbitur continue residebit eisque personaliter deserviet
tibi etiam medio iuramento sub pena amissionis utriusque in eventum contrarium se obstrinxerit
ut una cum Rectoria de Walton super montem prefata quam obtinet etiam Rectoriam de Chip
sted predictam aliis sibi licite conferendam recipere et quoad vixerit insimul retinere ac
utriusque fructus percipere libere et licite possit et valeat generalibus Concilii aliisque
apostolicis necnon bone memorie Othonis et Othoboni olim Sedis apostolice in hoc Regno le
gatorum predecessorum nostrorum Ac in Provincialibus et Synodalibus conciliis editis
specialibus vel generalibus Constitutionibus et ordinationibus Statutis et consuetudini
bus ecclesiarum predictarum etiam iuramento confirmatis apostolica vel quavis firmitate
alia roboratis ceterisque contrariis quibuscumque non obstantibus eadem auctoritate apostolica de
specialis dono gratie dispenses sibique pariter indulgeas / Proviso quod ecclesie predicte
debitis propterea non fraudentur obsequiis et animarum cura in eis nullatenus negligatur
earumque onera congrue supportentur consueta / Dat. in Palatio Regio apud Sanctum
Jacobum prope Westmonasterium Anno a Nativitate Domini Millesimo quingentesimo quinqua
gesimo Sexto decimo kalendas Junii / Pontificatus Sanctissimi in Christo patris et Domi
ni nostri Domini Pauli divina providentia pape quarti Anno primo / **Quarum**
quidem literarum commissionalium onus ob tanti Reverendissimi patris committentis honorem
ad tuam humilem petitionem in nos assumentes ac iuxta earum continentiam atque pro
cedentes, Quia (cognitis premissis) partim ex facti notorietate et partim ex fidedigna
relatione pariter et informatione suggesta pro parte tua eidem Reverendissimo
patri tam circa ecclesiarum de Walton super montem et Chipsted predictarum situationem
et earundem valorem annuum quam persone tue sufficientiam necnon ministrorum ecclesiasticorum
in dicta diocesi notorium defectum vera fuisse et esse, comperimus et invenimus, teque
a quibuscumque excommunicationis suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis
censuris et penis a iure vel ab homine quavis occasione vel causa latis si quibus
quomodolibet innodatus existis ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum
serie absolventes et absolutum fore censentes prestito per te coram nobis iura
mento corporali quod uno certo tempore in una et alio in altera ecclesiarum prefatarum
prout nobis et loci illius pro tempore existenti Ordinario magis videbitur
expedire continuo residebis eisque personaliter deservies ut simul cum dicta ecclesia
parochiali de Walton super montem ecclesiam parochialem de Chipstede prefatam
aliis tibi canonice conferendam recipere et quoad vixeris insimul retinere et fructus
utriusque percipere libere et licite valeas Generalibus Concilii aliisque apostolicis ac
necnon bone memorie Othonis et Othoboni olim in hoc Regno Anglie Sedis
apostolice legatorum, ac in Provincialibus et Synodalibus Conciliis editis genera
libus vel specialibus Constitutionibus et Ordinationibus Statutisque et Consuetu
dinibus ecclesiarum predictarum etiam iuramento confirmatione apostolica vel quavis alia
firmitate roboratis, ceterisque contrariis quibuscumque non obstantibus quibuscumque
auctoritate nobis commissa iuxta vim formam et effectum literarum preinsertarum dispen
samus Tibique Roberto prefato indulgemus / Proviso tamen quod ecclesie predicte debi
tis propterea non fraudentur obsequiis et animarum cura in eis nullatenus negli
gatur et earundem onera congrue supportentur consueta / **In cuius rei**
testimonium Sigillum quo in similibus utimur presentibus apponi fecimus / Dat. quinto
die mensis Junii Anno Domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo Sexto /

professio Ricardi Karse Presbiteri /

Whereas I Richard Karse prest late Curate of Bedington within the
diocs of winton being ordered a prest about xxti yeres agoone haveinge
ministred as a prest in all kind of prestly function and ministration stand

Karsey

in Sacramentes and Sacramentalles as to thoffice of a prest apperteyneth have sithens
that tyme contrary to thestate of myne order, decrees of the Churche and laudable
Customes of the same maried one Elizabeth a single and solute woman and
with her in one howse as man and wief have cohabited and dwelled to thoffence
of my Christen brethren and breache of the unitie of Christes said Churche / I the
said Richard do nowe lamente and bewaile my lief past and thoffences by me
commytted intending firmely by goddes grace hereafter to leade a pure chast and con-
tinent lief according to suche grace as almightie god of his mercy uppon myne
humble petition and prayer shall graunte me / And I do heare before you
my competent iudge and ordinarie most humbly require absolution of and from
all suche censures and paynes of the lawes as by my said offences and ungodly
behavior I have incurred and deserved, ffermely and solempnely promising and
professing before you in this present writing never to retourne agayne to
the said Elizabeth as to my wief or Concubyne but from hensforth to absteyne
from her and to kepe myself sole, pure and chast from all carnall affections and
Copulationes especially from her and also from all other women according to the
lawes and Constitutions of our mother the Churche And as myne order also re-
quireth / In witnes of this myne advised and deliberate mynde promise
and profession I have to the same in this writing subscribed my name wt
myne owne hande geven the xth day of July in the yere of our lord god a
thowsand five hundreth fiftie and sixe / Per me Ricardum Karsey

Lecta fuit huiusmodi Schedula per prenominatum Ricardum Karsey decimo die mensis July Anno domini 1556
coram magistro Thoma Stempe legum doctore Custode spiritualitatis Civitatis et dioc Winton sede
episcopali ibidem vacante in Camera sua iuxta ostium boriale ecclesie cathedralis divi Pauli london
in presentia mei Johannis Incent notarii publici deputati magistri Anthonii Huse Registrarii Qua
lecta ac prestito iuramento per dictum Ricardum de parendo iuri et mandatis ecclesie etc Dominus
eum absolvit a sententia excommunicationis suspensionis et interdicti aliisque Censuris et penis iuris
etc et eundem Restituit Sacramentis et Sacramentalibus ecclesie et ordini suo sacerdotali etc

Restitutio domini Ricardi Karsey

Lincoln

Vacatio Sedis Episcopalis Lincoln per translationem Reverendi in Christo patris domini Johannis Whit ad Episcopatum Winton Anno domini 1556

Certificatorium capituli Lincoln super vacatione Sedis Episcopalis ibidem

Reverendissimo in Christo patri et domino domino **Reginaldo** miseratione divina tituli Sancte Marie in Cosmedin Sancte Romane ecclesie presbitero Cardinali polo nuncupato Cantuariensi Archiepiscopo totius Anglie primati et apostolice Sedis legato Ac etiam ad Illustrissimos Philippum et Mariam Anglie Reges et dominium Anglie Regnum de latere legato **Vestri** humiles et devoti in Christo filii decanus et Capitulum ecclesie cathedralis beate marie Lincoln omnimodam obedientiam et reverentiam tanto Reverendissimo patri debitas pariter cum honore / **Cum** dicta ecclesia cathedralis Lincoln per promotionem sive translationem Reverendi in Christo patris et domini domini Johannis Whit nuper eiusdem Sedis episcopi ad Episcopatum et Sedem Episcopalem ecclesie Wintonensis et pastorali solatio destituta Nos decanus et Capitulum antedicti tres honorabiles et circumspectos viros Confratres nostros magistros Johannem Pope in legibus Bacchalarium Archidiaconum Bedford in ecclesia cathedrali predicta Johannem Prynne legum doctorem Subdecanum eiusdem ecclesie cathedralis et Rogerum Brounhall in sacra Theologia Bacchalarium Canonicos Residentiarios in eadem ecclesia cathedrali qui tunc de vacatione eiusdem ecclesie certiores fuimus iuxta vim formam et effectum cuiusdam Compositionis inter felicis recordationis dominum Bonifacium quondam Cantuariensem Archiepiscopum vestrum predecessorem Ac decanum et capitulum ecclesie cathedralis Lincoln antedicti olim facte et inite hactenus usitate et observate vestre Reverendissime paternitati nominavimus et per presentes nominamus / humiliter supplicantes et devote quatenus dignetur eadem vestra Reverendissima paternitas unum ex ipsis eligere preficere et constituere in officialem Lincoln sive spiritualitatis ibidem Custodem ad exercendum Episcopalem Iurisdictionem in Civitate et diocesi Lincoln toto tempore vacationis Sedis Episcopalis ibidem iuxta et secundum vigorem formam et tenorem Compositionis predicte / Et diu vivat ac feliciter valeat paternitas vestra Reverendissima **In cuius** rei testimonium Sigillum nostrum commune ad causas presentibus apposuimus / **Dat** in domo nostra Capitulari Lincoln xxiij° die mensis Septembris Anno domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo Sexto /

Commissio officialis Lincoln

Reginaldus miseratione divina tituli Sancte Marie in Cosmedin Sancte Romane ecclesie presbiter Cardinalis polus Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie primas et apostolice Sedis legatus **dilecto** nobis in Christo magistro Johanni Pope in legibus Bacchalario ecclesie cathedralis beate marie Lincoln Cancellario ac Canonico Residentiario Salutem graciam et benedictionem / **Cum** vacante nuper ecclesia cathedrali Lincoln per translationem venerabilis Confratris nostri domini Johannis Whit nuper dicte ecclesie cathedralis episcopi decanus et Capitulum eiusdem ecclesie te ac quosdam Johannem Prynne legum doctorem Subdecanum dicte ecclesie cathedralis Lincoln predicte Ac Rogerum Brounhall in sacra Theologia Bacchalarium dicte ecclesie cathedralis Canonicos Residentiarios nobis per literas suas patentes nominarunt humiliter supplicantes / quatenus unum ex eisdem nominatis quem duxerimus eligendum sive acceptandum officialem nostrum Lincoln ad exercendum Iurisdictionem Episcopalem in Civitate et diocesi Lincoln predicte ipsius ecclesie vacatione durante iuxta et secundum formam cuiusdam Compositionis inter bone memorie dominum Bonifacium quondam Cantuariensem Archiepiscopum predecessorem nostrum ex parte una Ac decanum et Capitulum ecclesie cathedralis Lincoln supradicte ex altera dudum facte preficere et constituere dignaremur / Nos de tuis circumspectionis industria fidelitate et probitate consilii ac prudentia habentes fiduciam specialem inter alios nobis ad huiusmodi officialitatis officium (ut premittitur) nominatos eligimus in hac parte / **Te** officialem nostrum Lincoln ad exercendum huiusmodi Iurisdictionem Episcopalem in Civitate et diocesi memoratis dicte ecclesie vacatione durante iuxta tenorem Compositionis predicte preficimus et constituimus per presentes Tibi firmiter iniungendo mandantes quatenus officium huiusmodi iuxta iuramentum tuum corporale per te secundum formam Compositionis realis predicte in ea parte coram nobis tactis sacrosanctis dei Evangeliis prestitum legaliter et fideliter exerceas ac nobis de omnibus obventionibus ratione Iurisdictionis sive officii huiusmodi provenientibus fideliter respondeas Ceteraque omnia et singula diligenter facias que tenor et effectus antedicte Compositionis de se exigunt et requirunt / Ad que faciendum exercendum et expediendum tibi vices nostras committimus cum potestate Censuras ecclesiasticas quascumque si oportet condigne fulminandi / Collationibus Beneficiorum ecclesiasticorum quorumcumque ad nostram Collationem tempore vacationis Sedis predicte pleno iure sive iure devoluto quomodolibet spectantium nobis specialiter reservatis / **In cuius** rei testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus Dat xxvij° die mensis Septembris Anno domini Millesimo quingentesimo / quinquagesimo sexto Et nostre Consecrationis Anno Primo

Commissio ad recip
Iuramentum ab offici
Lincoln

Reginaldus miseratione divina tituli Sancte Marie in Cosmedin Sancte Romane ecclesie Presbiter Cardinalis Polus Cantuarien Archiepiscopus &c **Dilecto** nobis in Christo magistro Roberto Pryme legum doctori ecclesie cathedralis beate Marie Lincoln Subdecano et Canonico ac prebendario Salutem gratiam et benedictionem / Cum acceptis nuper Certificatoriis dilectorum filiorum decani et capituli ecclesie cathedralis beate Marie Lincoln de et super vacatione sedis episcopalis eiusdem per translationem venerabilis confratris nostri domini Johannis White nuper dicte sedis episcopi, perceperimus per eos qualitatibus tunc illarum partium quas nobis pro exercitio Iurisdictionis in Civitate et diocesi Lincoln predict, durante vacatione sedis episcopalis ibidem iuxta antique formam tenorem compositionis realis in hac parte retroactis temporibus inite et facte exercend nominarunt dilectum in Christo filium magistrum Johannem Pope in legibus Bacchalaureum ecclesie cathedralis predicte Cancellarium unum ex tribus nominatis quem elegerimus tunc officialem nostrum Lincoln ad exercendum eiusmodi Iurisdictionem Episcopalem in Civitate et diocesi Lincoln predict iuxta tenorem compositionis prelibate prefecerimus et constituerimus prout per litteras nostras commissionales sibi in ea parte factas plenius liquet et apparet / **Ad** recipiendum igitur et admittendum Iuramentum corporale ab eodem nostro officiali tunc et ante nunc ad officium officialitatis sibi commissum legaliter et fideliter exercebit iuxta formam inferius descriptam et annotatam ceteraque omnia et singula faciend exercend et expediend que in ea parte necessaria fuerint seu quomodolibet requisita vel oportuna Tibi de cuius sana doctrina circumspectionis industria ac in rebus feliciter gerendis dexteritate plurimum confidimus vices nostras committimus et plenam in Domino tenore presentium concedimus facultatem / forma autem Iuramenti dicto magistro Johanni Pope coram te prestandi talis est **In dei** nomine Amen Ego Johannes Pope in legibus Bacchalaureus ecclesie cathedralis beate Marie Lincoln Cancellarius in officialem Lincoln per Reverendissimum in Christo patrem et dominum dominum Reginaldum miseratione divina tituli Sancte Marie in Cosmedin Sancte Romane ecclesie presbiterum Cardinalem Polum Cantuarien Archiepiscopum totius Anglie Primatem et apostolice sedis legatum natum &c ad exercendum Iurisdictionem episcopalem Lincoln predict sede episcopali eiusdem vacante nominatus et deputatus / Ad hec sacrosancta dei Evangelia per me hic corporaliter tacta Iuro Quod officium officialitatis mihi commissum legaliter et fideliter exercebo et quod subditos clericos et laicos regulares et seculares Civitatis et diocesis Lincoln pro tempore vacationis predict ex malitia seu Iniuria nec cautela vel in rebus seu personis iniuste gravabo scienter nec indebite molestabo / Immo ab oppressionibus extortionibus et illicitis exactionibus abstinebo / Et dicto Reverendissimo patri de obventionibus et proficuis racione Iurisdictionis seu officii predicti provenien fideliter respondebo Sic me deus adiuvet et hec sancta dei Evangelia / **In Cuius** rei testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus / Dat in Manerio nostro de Lambehith xxiiij° die Mensis Septembris Anno domini 1556 Et nostre Consecrationis Anno primo

stitutiones
et Collationes

Institutiones et Collationes Beneficiorum ecclesiasticorum London expedit tempore vacationis sedis Lincoln predict hic inferius registrantur

Barkby Vicarie
Institutio

Decimo octavo die Mensis Septembris Anno domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo sexto dominus admisit Gregorium Kynge Clericum ad Vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Barkby dicte Lincoln diocesis per mortem naturalem domini Ricardi Reynolds clerici ultimi et immediati Vicarii et incumbentis eiusdem iam vacantem Ad quam per Elizabeth Stanfeld viduam relictam et executricem testamenti et ultime voluntatis Ricardi Stanfeld Armigeri nuper dum vixit Civis et pannarii Civitatis London defuncti dicte Vicarie perpetue veram et indubitatam (ut dicitur) patronam domino presentatus exstitit ipsum in Vicarium perpetuum eiusdem ac in et de eadem instituit canonice et investivit cum suis Iuribus et pertinentiis universis Ac recepit ab eodem Gregorio Kynge Iuramento canonice obedientie &c ac de continue et personaliter residendo &c et acceptat per eum cura animarum &c Et scriptum fuit Archidiacono Leicestrie seu eius officiali ad inducendum &c

Coston ecclesie
Institutio

Decimo Nono die Mensis Septembris Anno domini predicto dominus admisit Thomam Marsar clericum ad Ecclesiam parochialem de Coston dicte Lincoln diocesis per mortem naturalem ultimi incumbentis eiusdem vacantem Ad quam per Regiam Maiestatem veram ecclesie (ut dicitur) patronam domino presentatus exstitit ipsum Rectorem eiusdem ac in et de eadem instituit canonice et investivit cum suis Iuribus et pertinentiis universis Ac recepit ab eodem Thoma Marsar Iuramentum canonice obedientie &c et acceptata per eum cura animarum &c Et scriptum fuit Archidiacono Leicestrie seu eius officiali ad inducendum &c

ffillingham ecclesie Institutio

Vicesimo primo die Mensis Septembris Anno domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo Sexto dominus admisit Willelmum Wright sacre Theologie Baccalaureum ad Ecclesiam parochialem de ffillingham Lincoln diocesis per liberam Resignationem Willelmi Wright clerici vltimi et immediati Rectoris et incumbentis ibidem vacantem Ad quam per Johannem Smyth Ministrum sive Custodem Collegii de Balliolo in Vniversitate Oxon et omnes Scolares eiusdem Collegii veros ecclesie veros et indubitatos (vt dicebatur) patronos dicto domino presentatus extitit Ipsumque Rectorem eiusdem ac in et de eadem instituit canonice et investivit cum suis Iuribus et pertinentiis vniversis Ac recepto ab eodem magistro Willelmo Wright Iuramento canonico obedientie etc et acceptata per eum Cura animarum etc Scriptum fuit Archidiacono de Stowe seu eius Officiali ad inducendum etc

Hartley porte ecclesie Institutio

Vicesimo quarto die Mensis Septembris Anno domini predicto dominus admisit Henricum Milward alias Smyth clericum artium magistrum ad Ecclesiam parochialem de Hartley porte dicte Lincoln diocesis per mortem naturalem vltimi incumbentis ibidem vacantem / Ad quam per Illustrissimos in Christo Principes Philippum et Mariam Anglie Reges veros ecclesie (vt dicebatur) patronos dicto domino presentatus extitit Ipsumque Rectorem eiusdem instituit etc cum suis Iuribus et pertinentiis vniversis / Ac recepto ab eodem Henrico Milward Iuramento canonico obedientie etc et acceptata per eum cura animarum etc Scriptum fuit Archidiacono Buck seu eius Officiali ad inducendum etc

Burnham Vicarie Institutio

Vicesimo Sexto die Mensis Septembris Anno domini predicto dominus admisit Thomam Bousty clericum ad Vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Burnham Lincoln diocesis per mortem naturalem domini Roberti clerici vltimi Vicarii et incumbentis in eadem vacantem / Ad quam per Johannem Lewes notarium publicum alme Curie Cantuariensis procuratorem generalem domini dicte Vicarie (vt dicebatur) patroni dicto domino presentatus extitit Ipsumque Vicarium perpetuum eiusdem ac in et de eadem instituit etc cum suis Iuribus et pertinentiis vniversis / Ac recepto ab eodem Thoma Bousty in personam Thome Whalley procuratoris sui etc Iuramento canonico obedientie etc et acceptata cura etc Scriptum fuit Archidiacono Buck seu eius Officiali ad inducendum etc

Prepositure Collegii Regalis Cantabrigie Institutio

Reginaldus etc Ad quem omnis et omnimoda Iurisdictio spiritualis et ecclesiastica que ad Episcopum Lincoln sede plena pertinuit ipsa sede iam vacante notorie dinoscitur pertinere / dilecto nobis in Christo magistro Roberto Brassy sacre Theologie Baccalaureo Salutem gratiam et benedictionem / Ad officium Prepositure Collegii Regalis beate Marie et Sancti Nicholai de Cantabrigia dicte Lincoln diocesis per mortem naturalem magistri Ricardi Atkinson vltimi et immediati Prepositi eiusdem iam vacantem Ad quod per Viceprepositum et Scholares eiusdem Collegii nominatus et electus ac nobis presentatus existis Te admittimus Teque primitus de canonica obedientia in hac parte debita nobis et successoribus nostris ac Episcopo Lincoln futuro eiusque successoribus in omnibus licitis et canonicis mandatis per te prestanda et exhibenda ac quatenus Prepositi eiusdem Collegii pro tempore existentes prestare et exhibere tenentur Necnon de observando Statuta et Ordinationes dicti Collegii iuxta fundationem eiusdem ad Sancta dei Evangelia rite iuratum Prepositum dicti Collegii preficimus et in eodem instituimus cum suis Iuribus et pertinentiis vniversis / Curam et Regimen spiritualium et temporalium dicti Collegii tibi in domino committentes et committimus Mandantes insuper et firmiter iniungentes Viceproposito et Scholaribus dicti Collegii omnibus et singulis ac ceteris ministris eiusdem quatenus tibi vt Preposito prefati Collegii iuxta fundationem eiusdem in omnibus et per omnia pareant et obediant prout tenebuntur Iuribus nostris Archiepiscopalibus et ecclesie nostre metropolitice Christi Cantuariensis Necnon ecclesie cathedralis beate Marie Lincoln dignitatibus et honoribus in omnibus semper salvis In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus est appensum Dat in Manerio nostro de lambehith vltimo die mensis Septembris Anno domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo Sexto / Et nostre Consecrationis Anno Primo /

Holbye ecclesie Institutio

Vicesimo Septimo die Mensis Septembris Anno domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo Sexto dominus admisit Ricardum Smyth clericum ad Ecclesiam parochialem de Holbye Lincoln diocesis per liberam Resignationem magistri Edwini Colfe vltimi et immediati Rectoris et incumbentis ibidem vacantem Ad quam per dilectam Annam Barkley viduam veram ecclesie veram et indubitatam patronam dicto domino presentatus extitit Ipsumque Rectorem eiusdem ac in et de eadem instituit etc cum suis Iuribus et pertinentiis vniversis Ac recepto ab eodem Ricardo Smyth in personam Thome Fletche procuratoris sui etc Iuramento canonico obedientie etc et acceptata per eum cura animarum etc Scriptum fuit Archidiacono Leicestr seu eius Officiali ad inducendum etc

Whitchurch Vicarie Institutio /

Decimo quarto die Mensis Octobris Anno domini predicto dominus admisit Robertum Norwood clericum ad Vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Whitchurch dicte Lincoln diocesis per liberam Resignationem Ricardi Redwood clerici vltimi incumbentis ibidem vacantem Ad quam per Serenissimos in Christo Principes Philippum et Mariam Anglie Reges dicte Vicarie perpetue veros et indubitatos (vt dicebatur) patronos dicto domino presentatus extitit Ipsumque Vicarium perpetuum eiusdem ac in et de eadem instituit canonice et investivit cum suis Iuribus et pertinentiis vniversis Curamque et Regimen animarum etc sibi in domino commisit Ac recepto ab eodem Roberto Norwood Iuramento canonico obedientie etc ac de continuo et personali residendo etc et acceptata cura etc Scriptum fuit Archidiacono Buck seu eius officiali ad inducendum etc

Decimo Sexto die Mensis Octobris Anno domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo Sexto Dominus admisit Hugonem Hall clericum ad vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Missenden magna Lincoln diocesis per liberam resignationem Roberti Grygge clerici ultimi et immediati vicarij et incumbentis in eadem vacantem Ad quam per Johannem Greney generosum dicte vicarie perpetue verum et indubitatum (ut dicebatur) patronum domino presentatus existit Ipsumque vicarium perpetuum eiusdem ac in et de eadem instituit canonice et investivit cum suis Juribus et pertinentiis universis Curam et Regimen animarum etc ei in domino commisit Ac recepto ab eodem Hugone Hall Juramento canonice obedientie etc ac de continuo et personali residendo etc Et acceptata cura etc Scriptum fuit Archidiacono Buck seu eius Officiali pro ipsius inductione etc

Missenden magna Vicaria

Vicesimo primo die Mensis Octobris Anno domini 1556 Reverendissimus contulit Thome Staffar presbytero vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Thurfeld Lincoln diocesis per mortem naturalem ultimi incumbentis eiusdem vacantem et ad Collationem dicti Reverendissimi pleno iure spectantem iure ad eum devoluto ratione lapsus temporis Ipsumque vicarium vicarie perpetue eiusdem ac in et de eadem instituit canonice et investivit cum suis Juribus et pertinentiis universis Ac recepto ab eodem Thoma Stafford Juramento canonice etc ac de continuo et personali residendo etc et acceptata per eum cura animarum etc Scriptum fuit Archidiacono Buck seu eius Officiali ad inducendum etc

Thurfelde vicarie Institutio

Vicesimo Sexto die Mensis Octobris Anno domini 1556 Dominus admisit Willelmum Dewsnappe clericum ad ecclesiam parochialem de Sybesdon Lincoln diocesis per mortem naturalem magistri Henrici May clerici ultimi et immediati Rectoris et incumbentis eiusdem vacantem Ad quam per Edwardum Wyghtman generosum ipsius ecclesie verum et indubitatum (ut dicebatur) patronum domino presentatus existit Ipsumque Rectorem eiusdem ac in et de eadem instituit canonice et investivit cum suis Juribus et pertinentiis universis Curam et Regimen animarum etc ei in domino commisit Juribus Archiepiscopalibus etc semper salvis Ac recepto ab eodem Willelmo Juramento canonice obedientie etc et acceptata per eum cura animarum etc Scriptum fuit Archidiacono Leicestr seu eius Officiali ad inducendum etc

Sybesdon ecclesie Institutio

Sexto die Mensis Novembris Anno domini predicto Dominus admisit Jacobum Lodge clericum ad ecclesiam parochialem de Aspeden Lincoln diocesis per mortem naturalem ultimi incumbentis ibidem vacantem Ad quam per Illustrissimos in Christo principes Philippum et Mariam dei gratia Anglie Reges etc ipsius ecclesie veros et indubitatos (ut dicebatur) patronos domino presentatus existit Ipsumque Rectorem eiusdem ac in et de eadem instituit canonice et investivit cum suis Juribus et pertinentiis universis Ac recepto ab eodem Jacobo Lodge Juramento canonice obedientie etc et acceptata per eum cura animarum etc Scriptum fuit Archidiacono Huntington seu eius Officiali ad inducendum etc

Aspeden ecclesie Institutio

Vicesimo Septimo die Mensis Novembris Anno domini predicto Dominus admisit Gilbertum Harryson clericum ad ecclesiam parochialem de Althorpe Lincoln diocesis per liberam et spontaneam resignationem Johannis Carrison clerici ultimi et immediati Rectoris et incumbentis eiusdem vacantem Ad quam per Priorem et fratres Domus sancti Johannis Jerusalem in Anglia ipsius ecclesie (ut dicebatur) patronos domino presentatus existit Ipsumque Rectorem eiusdem ac in et de eadem instituit canonice et investivit cum suis Juribus et pertinentiis universis Ac recepto ab eodem Gilberto Harryson Juramento canonice obedientie etc et acceptata per eum cura animarum etc Scriptum fuit Archidiacono de Stowe seu eius Officiali ad inducendum etc

Althorpe ecclesie Institutio

Primo die Mensis Decembris Anno domini predicto Dominus admisit Johannem Marshall clericum ad vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Asshebye Lincoln diocesis per liberam resignationem Willelmi Barlowe clerici ultimi et immediati vicarij et incumbentis in eadem vacantem Ad quam per Receptores et Gubernatores terrarum tenementorum redditum et revencionum nuper dissoluti hospitalis sancti Johannis Jerusalem in Anglia ipsius ecclesie sive vicarie perpetue in iure dicti hospitalis huiusmodi (ut dicebatur) patronos dicto domino presentatus existit Ipsumque vicarium perpetuum eiusdem ac in et de eadem in persona Alexandri Hunter procuratoris sui etc instituit canonice et investivit cum suis Juribus et pertinentiis universis Ac recepto ab eodem Johanne Marshall in persona dicti procuratoris sui Juramento canonice obedientie etc ac de continuo et personali residendo et acceptata cura animarum etc Scriptum fuit Archidiacono Lincoln seu eius Officiali ad inducendum

Asshebye vicarie Institutio

Decimo quarto die Mensis Decembris Anno domini predicto Dominus admisit Johannem Sympson clericum ad ecclesiam parochialem de Thurcaston Lincoln diocesis vacantem per mortem naturalem ultimi et immediati Rectoris et incumbentis eiusdem Ad quam per Illustrissimos et Serenissimos in Christo principes Philippum et Mariam Anglie Reges etc ipsius ecclesie (ut dicebatur) patronos veros et indubitatos dicto domino presentatus existit Ipsumque Rectorem eiusdem instituit etc cum suis Juribus et pertinentiis universis Ac recepto Juramento canonice obedientie etc et acceptata cura etc Scriptum fuit Archidiacono Leicestr seu eius officiali etc

Thurcaston ecclesie Institutio

Eodem die Dominus admisit Johannem Parke clericum ad ecclesiam parochialem de Noileston Lincoln diocesis per liberam resignationem Johannis Morre ultimi incumbentis ibidem vacantem Ad quam per Illustrissimos in Christo principes Philippum et Mariam Anglie Reges ipsius ecclesie (ut dicebatur) patronos domino presentatus existit Ipsumque Rectorem eiusdem ac in et de eadem instituit canonice et investivit cum suis Juribus et pertinentiis universis Curam et Regimen animarum etc ei in domino commisit Et recepto ab eodem Johanne Parke Juramento canonice obedientie etc et acceptata Cura etc Scriptum fuit Archidiacono Leicestr seu eius officiali ad inducendum etc

Noileston ecclesie Institutio

Baldocke ecclesie Institutio

Decimo quarto die Mensis Decembris Anno domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo sexto dominus admisit Robertum Lytler clericum ad ecclesiam parochialem de Baldocke Lincoln diocesis per liberam resignationem Edmundi Robinson clerici vltimi et immediati Rectoris et incumbentis eiusdem vacantem Ad curam per Illustrissimos in Christo Principes Philippum et Mariam Anglie Reges ipsius ecclesie (vt dicebatur) Patronos domino presentatus extitit Ipsumque Rectorem eiusdem instituit canonice et investivit cum suis iuribus et pertinentiis vniversis Ac recepto ab eodem Roberto Lytler iuramento canonice obediencie &c et acceptata cura &c Scriptum fuit Archidiacono Huntington seu eius officiali ad inducendum &c

Wytherley ecclesie Institutio

Eodem die dominus admisit Edmundum Hadfeld clericum ad ecclesiam parochialem de Wytherley Lincoln diocesis per liberam et spontaneam resignationem Willelmi Thorleton vltimi incumbentis eiusdem vacantem Ad curam per Illustrissimos in Christo Principes Philippum et Mariam Anglie Reges ipsius ecclesie (vt dicebatur) patronos domino presentatus extitit Ipsumque Rectorem eiusdem ac in et de eadem instituit &c cum suis iuribus et pertinentiis vniversis Ac recepto ab eodem Edmundo Hadfeld iuramento canonice obediencie &c et acceptata cura animarum &c Scriptum fuit Archidiacono Leicestrie seu eius officiali ad inducendum &c

Upton vicarie Institutio

Decimo sexto die Mensis Decembris Anno domini predicto dominus admisit Willelmum Phillips clericum ad vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Upton Lincoln diocesis per mortem naturalem vltimi et immediati vicarii et incumbentis in eadem vacantem Ad curam per Illustrissimos in Christo Principes Philippum et Mariam Anglie Reges &c dicte vicarie patronos veros et indubitatos (vt dicebatur) patronos domino presentatus extitit Ipsumque vicarium perpetuum eiusdem ac in et de eadem instituit canonice et investivit cum suis iuribus et pertinentiis vniversis Ac recepto ab eodem Willelmo Phillips iuramento canonice obediencie &c ac de continuo et personali residendo &c et acceptata per eum cura animarum &c Scriptum fuit Archidiacono Buck seu eius officiali ad inducendum &c

Bygrave ecclesie Institutio

Vicesimo secundo die Mensis Decembris Anno domini predicto dominus admisit Rogerum Hewlowe clericum ad ecclesiam parochialem de Bygrave Lincoln diocesis per mortem naturalem Thome Bolronde vltimi et immediati Rectoris et incumbentis eiusdem vacantem Ad quam per Joannam Waryn viduam ipsius ecclesie (vt dicitur) patronam domino presentatus extitit Ipsumque Rectorem eiusdem ac in et de eadem instituit canonice et investivit cum suis iuribus et pertinentiis vniversis Ac recepto ab eodem Rogero Hewlowe iuramento canonice obediencie &c et acceptata cura &c Scriptum fuit Archidiacono Huntington seu eius officiali ad inducendum &c

Sutton Regis vicarie Institutio

Vicesimo tertio die Mensis Decembris Anno domini predicto dominus admisit Willelmum Browne clericum ad vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Sutton Regis alias King Sutton Lincoln diocesis vacantem Ad quam per Johannem Mason militem dicte vicarie patronum verum et indubitatum (vt dicebatur) Patronum domino presentatus extitit Ipsumque vicarium perpetuum eiusdem ac in et de eadem instituit canonice et investivit cum suis iuribus et pertinentiis vniversis Ac recepto ab eodem Willelmo Browne in persona Johannis Fulcut notarii publici procuratoris sui &c iuramento canonice obediencie &c ac de continuo et personali residendo &c et acceptata cura &c Scriptum fuit Archidiacono Buck seu eius officiali ad inducendum &c

Caldicotte ecclesie Institutio

Eodem die dominus admisit Petrum Williamson Clericum Clericum ad ecclesiam parochialem de Caldicotte Lincoln diocesis per liberam et spontaneam resignationem Roberti Belton vltimi Rectoris et incumbentis eiusdem vacantem Ad curam per Oliverum Leder militem ipsius ecclesie racione Advocationis iurispatronatus eiusdem per Eadmundum Rowlet militem facte et concesse hac vice (vt dicitur) Patronum domino presentatus extitit Ipsumque Rectorem eiusdem in persona Roberti Jonson procuratoris sui &c instituit canonice et investivit cum suis iuribus et pertinentiis vniversis Ac recepto ab eodem Petro Willmson in persona dicti Procuratoris sui iuramento canonice obediencie &c et acceptata Cura &c Scriptum fuit Archidiacono Huntington seu eius officiali ad inducendum &c

Ever vicarie Institutio

Tricesimo die Mensis Decembris Anno domini predicto dominus admisit Willelmum Sheldon clericum ad vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Ever Lincoln diocesis per mortem naturalem vltimi et immediati Rectoris et incumbentis eiusdem vacantem Ad curam per honorabilem virum Willelmum Paget nobilis ordinis Garterii militem dominum Paget de Beaudesert dicte ecclesie sive vicarie (vt dicebatur) Patronum domino presentatus extitit Ipsumque vicarium perpetuum eiusdem ac in et de eadem instituit canonice et investivit cum suis iuribus et pertinentiis vniversis Ac recepto ab eodem Willelmo Sheldon iuramento canonice obediencie &c ac de continuo et personali residendo &c et acceptata cura &c Scriptum fuit Archidiacono Buck seu eius officiali ad inducendum &c

Culworth ecclesie Institutio

Duodecimo die Mensis Januarii Anno domini predicto dominus admisit Edwardum Mosley clericum ad ecclesiam parochialem de Culworth Lincoln diocesis per liberam resignationem Roberti Broke clerici vltimi Rectoris et incumbentis eiusdem vacantem Ad quam per honorabilem virum Georgium Broke ordinis Garterii militem dominum Cobham ipsius ecclesie (vt dicebatur) Patronum domino presentatus extitit Ipsumque Rectorem eiusdem ac in et de eadem instituit canonice et investivit cum suis iuribus et pertinentiis vniversis Ac recepto ab eodem Edwardo Mosley iuramento canonice obediencie &c et acceptata cura animarum &c Scriptum fuit Archidiacono Bedford seu eius officiali ad inducendum &c

45

Offeley Vicarie Institutio

Vicesimo die Mensis Januarij Anno domini iuxta Computationem ecclesie Anglicane 1556
dominus admisit Johannem Turner Clericum ad Vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Offeley lincoln diocesis per
liberam Resignationem Johannis Goulson clerici vltimi et immediati Vicarij et incumbentis in eadem
vacantem Ad Quam per Illustrissimos in christo principes dominos Philippum et Mariam Anglie Reges
dicte Vicarie perpetue (vt dicebatur) patronos domino presentatus extitit, Ipsumque Vicarium perpetuum
eiusdem ac in et de eadem instituit canonice et investiuit cum suis Iuribus et pertinentiis vniuersis
Acceptoque ab eodem Johanne Turner Iuramento canonice obedientie &c ac de continue et personaliter residendo
&c Et acceptata Cura animarum &c Scriptum fuit Archidiacono Huntingdon seu eius officiali ad indu-
cendum &c

Corringham prebende Institutio

Vicesimo Octavo die Mensis Januarij Anno domini predicto dominus admisit magistrum
Franciscum Mallet sacre Theologie professorem ad Canonicatum et prebendam de Coringham
in ecclesia cathedrali beate Marie lincoln per liberam et spontaneam Resignationem Edwini Hodgeson vltimi
et immediati Incumbentis eorundem vacantem Ad quos per venerabilem virum magistrum Thomam Wat-
son in episcopum lincoln nominatum et electum eorundem Canonicatus et prebende (vt dicebatur) patronum
domino presentatus extitit, Ipsumque Canonicum et prebendarium eorundem ac in et de eisdem instituit
canonice et investiuit cum suis Iuribus et pertinentiis vniuersis Acceptoque ab eodem magistro Francisco Mal-
let Iuramento canonice obedientie &c ac de observando Statuta dicte prebende &c Scriptum fuit decano
et Capitulo ecclesie cathedralis beate Marie lincoln seu eorum presidenti ad inducendum &c

Meppershale ecclesie Institutio

Octavo die Mensis Februarij Anno domini predicto dominus admisit Thomam Reyner clericum
in vtroque Iure Baccalaureum ad ecclesiam parochialem de Meppshale alias Meppsall lincoln diocesis per
mortem naturalem domini Willelmi Hemmynge clerici vltimi et immediati Rectoris et incumbentis ibidem
vacantem Ad Quam per honorandum virum Johannem Mordant militem dominum Mordant eiusdem
ecclesie (vt dicebatur) patronum domino presentatus extitit, Ipsumque Rectorem eiusdem ac in et de eadem
instituit canonice et investiuit cum suis Iuribus et pertinentiis vniuersis, Acceptoque ab eodem
Thoma Reyner Iuramento canonice obedientie &c et acceptata Cura &c Scriptum fuit Archidiacono
Bedford seu eius officiali ad inducendum &c

Hospitale infra parochiam de Clothall

Vicesimo tertio die Mensis Januarij Anno domini predicto dominus admisit Robertum Tailor
Clericum ad hospitale siue liberam Capellam beate Marie Magdalene infra dictam parochiam
de Clothall lincoln diocesis per mortem naturalem Thome Baldrone vltimi incumbentis ibidem
vacantem Ad quod siue quam per Georgium Burgoyne generosum dicti hospitalis siue libere Ca-
pelle (vt dicebatur) patronum domino presentatus extitit, Ipsumque Magistrum eiusdem instituit
&c cum suis Iuribus et pertinentiis vniuersis Curamque et Regimen spiritualium et temporalium
dicti hospitalis sibi in domino commisit, Acceptoque ab eodem Roberto Tailor Iuramento
canonice obedientie &c ac de observando Statuta ordinationes et fundationem dicti hospitalis
Scriptum fuit Archidiacono Huntingdon seu eius officiali necnon omnibus et singulis &c ad
inducendum &c

Grafham ecclesie Institutio

Vicesimo nono die Mensis Januarij Anno domini predicto dominus admisit Robertum Smyth
Clericum ad ecclesiam parochialem de Grafham lincoln diocesis per ingressum Religionis Hugonis Philippes clerici
vltimi incumbentis ibidem vacantem Ad quam per Willelmum Paulet militem et Dominam Agnetem eius con-
sortem ipsius ecclesie (vt dicebatur) patronos domino presentatus extitit, Ipsumque Rectorem eiusdem ac in
et de eadem instituit &c cum suis Iuribus et pertinentiis vniuersis Acceptoque ab eodem Roberto Smyth
Iuramento canonice obedientie &c et acceptata cura &c Scriptum fuit Archidiacono Huntingdon seu eius
officiali ad inducendum &c

Mulsho ecclesie Institutio

Octavo die Mensis Februarij Anno domini predicto dominus admisit Robertum Alleyn Clericum ad ecclesiam
parochialem de Mulsho lincoln diocesis per mortem naturalem domini Willelmi Hemmynge vltimi incumbentis
ibidem vacantem Ad Quam per honorandum virum Johannem Mordant militem dominum Mordant eiusdem
ecclesie (vt dicebatur) patronum domino presentatus extitit, Ipsumque Rectorem eiusdem ac in et de eadem in-
stituit canonice et investiuit cum suis Iuribus et pertinentiis vniuersis, Acceptoque ab eodem Roberto
Alleyn Iuramento canonice obedientie &c et acceptata Cura &c Scriptum fuit Archidiacono Buck seu
eius officiali ad inducendum

Rothley Vicarie Institutio

Duodecimo die Mensis Februarij Anno domini predicto Thomam Castyn Clericum ad Vicariam
perpetuam ecclesie parochialis de Rothley lincoln diocesis per liberam Resignationem Willelmi Hyrst vltimi et
immediati Vicarij et incumbentis ibidem vacantem Ad Quam per Ambrosium Cave militem dicte Vica-
rie perpetue verum et indubitatum (vt dicitur) patronum domino presentatus extitit, Ipsumque Vicarium per-
petuum eiusdem ac in et de eadem instituit canonice et investiuit cum suis Iuribus &c Acceptoque ab
eodem Thoma Castyn Iuramento canonice obedientie &c ac de continue residendo &c Et acceptata Cura &c
Scriptum fuit Archidiacono Leicestrie seu eius officiali ad inducendum &c

Sawtrey ecclie
Institutio

Decimo Sexto die Mensis februarij Anno dni Millimo quingentesimo quinquagesimo Sexto dns
admisit Robertum Kilbye clericum ad ecclesiam porochialem de Sawtry omnium Sanctorum Lincoln dioc
per mortem naturalem dni Johis Askell clerici ultimi et immediati Rectoris et incumbentis eiusdem
vacantem Ad quam per Thomam Lovete generosum ipsius ecclie vigore cuiusdam Advocationis Juris pa-
tronatus eiusdem per nuper Abbatem et Conventum Monasterii de Ramsey sibi facte et concesse hac
vice (ut dicitur) Patronum dno presentatus extitit Ipsumque Rectorem eiusdem instituit et curam suis
Juribus et pertinentiis universis Curamque et Regimen animarum etc ei in dno commisit Ac Recepto ab eodem
Roberto Kilbye Juramento canonice obedientie etc et acceptata cura etc Scriptum fuit Archidiacono Hunting-
don seu eius Officiali ad inducendum etc

Thurleston ecclie
Collatio Jure de-
voluto

Decimo octavo die Mensis februarij Anno dni predicto dns contulit Johi Turbill Clerico
ecclesiam porochialem de Thurleston Lincoln Lincoln dioc per mortem naturalem ultimi incumbentis eiusdem
vacantem et ad Collationem dni Jure ad eum hac vice devoluto ratione lapsus temporis hac vice spectantem
Ipsumque Rectorem eiusdem ac in et de eadem in persona Roberti Turbill Procuratoris sui etc instituit et
cum suis Juribus et pertinentiis universis Ac Recepto ab eodem Johe Turbill in persona dci procura-
toris sui etc de canonica obedientia etc et acceptata Cura etc Scriptum fuit Archidiacono Leicestrie seu
eius Officiali ad inducendum etc

Grove Rectorie
Institutio

Decimo Nono die Mensis februarij Anno dni predicto dns admisit Rogerum Chybbes clericum
ad ecclesiam porochialem de Grove Lincoln dioc de Jure vacantem Ad quam per dnam Janam Dormer
viduam unam heredum Roberti Dormer militis ipsius ecclie (ut dicebatur) Patronam dno presentatus
extitit Ipsum Rectorem eiusdem ac in et de eadem instituit etc cum suis Juribus etc Ac Recepto ab
eodem Rogero Chybbes Juramento canonice obedientie etc et acceptata Cura etc Scriptum fuit Archidiacono
Bucks seu eius Officiali ad inducendum etc

Prebenda Sancte
Crucis cum
Spaldwike

Eodem die dns admisit Ricum Hopkin clericum ad Canonicatum et prebendam Sancte Crucis cum
Spaldwike in ecclia cath Lincoln per mortem naturalem ultimi et et immediati incumbentis eorundem
vacantem Ad quos per Illustrissimos in xpo Principes Philippum et Mariam Anglie Reges dictorum
Canonicatus et prebende (ut dicebatur) patronos dno presentatus extitit Ipsumque Canonicum et prebenda-
rium eorundem ac in et de eisdem instituit etc cum suis Juribus et pertinentiis universis Ac Recepto ab eodem Rico
Hopkins Juramento canonice obedientie etc ac de observando Statuta et laudabiles Consuetudines ecclie cath
Lincoln etc Scriptum fuit Decano et Capitulo eiusdem ecclie seu eorum Presidenti ad inducendum etc

Lyllingstone Rectorie
Institutio

Eodem die dns admisit Willmum Parkins clericum ad ecclesiam porochialem de Lyllingstone Lincoln dioc
per mortem naturalem ultimi et immediati Rectoris et incumbentis eiusdem vacantem Ad quam per Walte-
rum Haddon legum doctorem ipsius ecclie vigore cuiusdam Advocationis per Paulum Darell Armigerum
sibi facte et concesse hac vice Patronum dno presentatus extitit Ipsumque Rectorem eiusdem ac in et de
eadem instituit etc cum suis Juribus etc Ac Recepto ab eodem Willmo Parkins Juramento
canonice obedientie etc et acceptata cura etc Scriptum Archidiacono Bucks seu eius Officiali ad inducendum
etc

Willowghbye
Waterles

Quinto die Mensis Martij Anno dni predicto dns admisit Johem Bayne clericum ad ecclesiam
porochialem de Willowbye Waterles Lincoln dioc per mortem naturalem ultimi et immediati Rectoris et incumbentis
eiusdem vacantem Ad Quam per Illustrissimos in xpo Principes Philippum et Mariam Anglie Reges etc
ipsius ecclie (ut dicebatur) Patronos dno presentatus extitit Ipsumque Rectorem eiusdem ac in et de eadem
instituit etc cum suis Juribus et pertinentiis universis Ac Recepto ab eodem Johe Bayne Juramento canonice
obedientie etc et acceptata cura etc Scriptum fuit Archidiacono Leicestrie seu eius Officiali ad inducendum
etc

Willington Vicarie
Institutio

Decimo Nono die Mensis Martij Anno dni predicto dns admisit Johem Rossell clericum
ad Vicariam perpetuam ecclie porochialis de Willington Lincoln dioc vacantem Ad quam per Elizabeth Petre
unam filiarum Willmi Petre militis ad Vicariam perpetuam vigore cuiusdam Concessionis Juris patrona-
tus eiusdem per Willmum Gostwike Armigerum facte hac vice (ut dicebatur) Patronam dno presentatus
extitit Ipsumque ~~Rectorem eiusdem~~ Vicarium perpetuum eiusdem instituit etc cum suis Juribus etc Ac
Recepto ab eodem Johe Rossell Juramento canonice obedientie etc et de continuo residendo etc et accepta-
ta cura etc Scriptum fuit Archidiacono Bedford seu eius Officiali ad inducendum etc

Potton Vicarie
Institutio

Tricesimo die dic Mensis Martij Anno dni predicto dns admisit Johem Rogers clericum
ad Vicariam perpetuam ecclie porochialis de Potton Lincoln dioc per liberam et spontaneam resignatio-
nem Johis Hasill ultimi et immediati incumbentis eiusdem vacantem Ad Quam per Rolandum Lytton
Armigerum dicte Vicarie perpetue (ut dicebatur) Patronum dno presentatus extitit Ipsumque Vica-
rium perpetuum eiusdem ac in et de eadem instituit canonice et investivit cum suis Juribus et pertinentiis
universis Curamque et Regimen animarum porochianorum etc ei in dno commisit Ac Recepto ab
eodem Johe Rogers Juramento canonice obedientie etc ac de continuo et personali residendo etc et
acceptata Cura etc Scriptum fuit Archidiacono Bedford seu eius Officiali ad inducendum etc

Langley Regis Vicarie Institutio

Sexto die Mensis Aprilis Anno domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo Septimo dictus dominus admisit Willelmum Smythe clericum ad Vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Langley Regis lincoln diocesis per mortem naturalem ultimi et immediati Vicarij et incumbentis in eadem vacantem, Ad quam per Illustrissimos in Christo principes Philippum et Mariam Anglie Reges &c Vicarie perpetue (ut dicebatur) patronos dicto domino presentatus extitit, Ipsumque Vicarium perpetuum eiusdem ac in et de eadem instituit canonice et investivit cum suis iuribus et pertinentiis universis. Ac recepto ab eodem Willelmo Smythe Iuramento canonice obedientie &c ac de continue et personaliter residendo &c et acceptata cura &c scriptum fuit Archidiacono Hunting[don] seu eius officiali ad inducendum &c

Milton Brian Rectorie Institutio

Duodecimo die Mensis Maij Anno domini predicto dictus admisit Johannem Cawnedge sacre Theologie Professorem ad Ecclesiam parochialem de Milton Brian lincoln dioc per liberam Resignationem Ricardi Hayward clerici ultimi et immediati Rectoris et incumbentis eiusdem vacantem, Ad quam per Illustrissimos in Christo principes Philippum et Mariam dei gratia Anglie Reges ipsius ecclesie (ut dicebatur) patronos dicto domino presentatus extitit, Ipsumque Rectorem eiusdem ac in et de eadem instituit &c cum suis iuribus &c. Ac recepto ab eodem Johanne Cawnedge Iuramento canonice obedientie &c et acceptata Cura &c scriptum fuit Archidiacono Bedford seu eius officiali ad inducendum &c

Milbroke Rectorie Institutio

Undecimo die Mensis May Anno domini predicto dictus admisit Edmundum Gorvet clericum ad Ecclesiam parochialem de Milbroke lincoln dioc per mortem naturalem ultimi et immediati Rectoris et incumbentis eiusdem vacantem, Ad quam per Illustrissimos in Christo principes Philippum et Mariam dei gratia Anglie Reges ipsius ecclesie (ut dicebatur) patronos dicto domino presentatus extitit, Ipsumque Rectorem eiusdem ac in et de eadem instituit &c cum suis iuribus et pertinentiis universis, Ac recepto ab eodem Edmundo Gorvet Iuramento canonice obedientie &c et acceptata Cura &c scriptum fuit Archidiacono lincoln seu eius officiali ad inducendum &c

Knossington Rectorie Institutio

Decimo quarto die Mensis May Anno domini predicto dictus admisit Johannem Danyell clericum ad Ecclesiam parochialem de Knossington lincoln dioc per mortem naturalem Thome Vase clerici ultimi et immediati Rectoris et incumbentis in eadem vacantem, Ad quam per Johannem Cole Notarium publicum ipsius ecclesie vigore cuiusdam Advocationis Iurispatronatus eiusdem per nuper Abbatem et Conventum dudum monasterij sancti Andree Apostoli de Owlneston in Com leycestr' fact' et concess' hac vice patronum dicto domino presentatus extitit, Ipsumque Rectorem eiusdem ac in et de eadem instituit &c cum suis iuribus et pertinentiis universis, Ac recepto ab eodem Johanne Danyell Iuramento canonice obedientie &c et acceptata Cura &c scriptum fuit Archidiacono leycestr' seu eius officiali ad inducendum &c

Morton Rectorie Institutio

Decimo octavo die mensis May Anno domini predicto dictus admisit Henricum Bradborne sacre Theologie Baccalaureum ad Ecclesiam parochialem de Morton dicte lincoln dioc per liberam Resignationem Christoferi Malton clerici ultimi et immediati Rectoris et incumbentis eiusdem vacantem, Ad quam per Illustrissimos in Christo principes Philippum et Mariam dei gratia Anglie Reges ipsius ecclesie (ut dicebatur) Patronos dicto domino presentatus extitit, Ipsumque Rectorem eiusdem ac in et de eadem instituit canonice et investivit cum suis iuribus et pertinentiis universis, Ac recepto ab eodem Henrico Bradborne Iuramento canonice obedientie &c et acceptata cura &c scriptum fuit Archidiacono Buck' seu eius officiali pro ipsius inductione &c

Newton Longvile Rectorie Institutio

Vicesimo primo die Mensis May Anno domini predicto dictus admisit Mauritium Bullocke clericum Artium magistrum ad Ecclesiam parochialem de Newton Longvile lincoln dioc per liberam Resignationem Thome Whit legum doctoris ultimi incumbentis eiusdem vacantem, Ad quam per Custodem et Socios Collegij beate Marie Winton in Oxon ipsius ecclesie (ut dicebatur) patronos dicto domino presentatus extitit, Ipsumque Rectorem eiusdem ac in et de eadem instituit &c cum suis iuribus et pertinentiis universis, Ac recepto ab eodem Mauritio Bullocke Iuramento canonice obedientie &c et acceptata Cura &c scriptum fuit Archidiacono Buck' seu eius officiali ad inducendum &c

Thorpe Thomas Rectorie Institutio

Vicesimo tertio die Mensis May Anno domini predicto dictus admisit Thomam Adams clericum ad Ecclesiam parochialem de Thorpe Thomas lincoln dioc per mortem naturalem ultimi incumbentis eiusdem vacantem, Ad quam per Illustrissimos in Christo principes Philippum et Mariam dei gratia Anglie Reges ipsius ecclesie (ut dicebatur) patronos dicto domino presentatus extitit, Ipsumque Rectorem eiusdem ac in et de eadem instituit &c cum suis iuribus et pertinentiis universis, Ac recepto ab eodem Thoma Adams Iuramento canonice obedientie &c et acceptata Cura &c scriptum fuit Archidiacono lincoln seu eius officiali ad inducendum &c

Chawell Rectorie Institutio

Eodem die dictus admisit Johannem Downe clericum ad Ecclesiam parochialem de Chawell lincoln dioc per mortem naturalem ultimi incumbentis eiusdem vacantem, Ad quam per Illustrissimos in Christo principes Philippum et Mariam dei gratia Anglie Reges ipsius ecclesie iure imperfectionis minoris Henrici Lyne Armigeri (ut dicebatur) Patronos dicto domino presentatus extitit, Ipsumque Rectorem eiusdem in persona Christoferi Horsell procuratoris sui &c instituit &c cum suis iuribus et pertinentiis universis, Ac recepto ab eodem Johanne Downe in persona dicti procuratoris sui &c de canonica obedientia &c et acceptata Cura &c scriptum fuit Archidiacono lincoln seu eius officiali ad inducendum &c

Langford Manor prebende Institutio

Vicesimo quinto die Mensis May Anno domini predicto dictus admisit Garbrand Godfry sacre Theologie Baccalaureum ad Canonicatum et Prebendam de Langford Manor in ecclesia Cathedrali beate Marie lincoln per liberam et spontaneam Resignationem Roberti Capron ultimi et immediati Canonici et Prebendarij eorundem vacantem, Ad quos per Illustrissimos in Christo principes Philippum et Maria dei gra Anglie Reges dictorum Canonicatus et prebende Racione vacacionis sedis Episcopalis Lincoln predict hac vice patronos dno presentatus extitit Ipmque Canonicum et prebendarium eorundem ac in et de eisdem instituit &c cum suis Juribus et pertinentiis universis. Ac recepto ab eodem Martino Hodsyn Juramento canonico obedientie &c ac de observando Statuta et ordinationes dicte ecclie Cath &c Scriptum fuit decano et capitulo eiusdem ecclie seu eorum vicesgerentibus ad inducendum &c

Ellington Rcorie Institutio

Tertio die dicti Mensis Maij Anno dni Millimo quingen° quinquagesimo septimo dns admisit Thomam Lassell clicum ad Ecclesiam pochialem de Ellington Lincoln dioc per mortem naturalem vltimi et immediati Rectoris et incumbentis eiusdem vacan Ad quam per Johem Mason militem ipius ecclie (vt dicitur) patronum dno presentatus extitit Ipmque Rectorem eiusdem ac in et de eadem instituit &c cum suis Juribus et pertinentiis universis. Ac recepto ab eodem Thoma Lassell Juramento canonice obedientie &c et acceptata Cura &c Scriptum fuit Archino Huntington seu eius Officiali pro ipius inductione &c

Hawrege Rcorie Institutio

Decimo quinto die Mensis Junij Anno dni predicto dns admisit Willm Gustyn clicum ad Ecclesiam poch de Hawrege Lincoln dioc per liberam Resignationem Edmundi Hodgson clici vltimi et immediati Rectoris et incumbentis eiusdem vacan Ad quam per Anthonium Penyston armigerum ipius ecclie (vt dicitur) patronum dno presentatus extitit Ipmque Rectorem eiusdem ac in et de eadem instituit canonice et investivit cum suis Juribus et pertinentiis universis. Ac recepto ab eodem Willmo Gustyn Juramento canonico obedientie &c et acceptata cura &c Scriptum fuit Archino Buck seu eius Officiali ad inducendum &c

Beachampton Rcorie Institutio

Octavo die Mensis Julij Anno dni predicto dns admisit Thomam Allen clicum ad Ecclesiam poch de Beachampton Lincoln dioc per mortem naturalem vltimi et immediati Rectoris et incumbentis eiusdem vacan Ad Quam per Robertum Pygot Armigerum ipius ecclie (vt dicebatur) patronum dno presentatus extitit Ipmque Rectorem eiusdem ac in et de eadem instituit &c cum suis Juribus et pertinentiis universis. Ac recepto ab eodem Thoma Allen Juramento canonico obedientie &c et acceptata Cura &c Scriptum fuit Archino Buck seu eius Officiali pro ipius inductione &c

Hulcote Rcorie Institutio

Tertio die Mensis Julij Anno dni predicto dns admisit Johem More clicum ad Ecclesiam poch de Hulcote Lincoln dioc per mortem naturalem vltimi et immediati Rectoris et incumbentis eiusdem vacan Ad Quam per Michaelem Harcourte et Joannam Harcourte eius vxorem ipius ecclie veros et indubitatos (vt dicitur) patronos dno presentatus extitit Ipmque Rectorem eiusdem ac in et de eadem instituit &c cum suis Juribus et pertinentiis universis Ac recepto ab eodem Johe More Jurament canonico obedientie &c et acceptata cura &c Scriptum fuit Archino Buck seu eius Officiali ad inducendum &c

Chesterton Rcorie Institutio

Septimo die Mensis Julij Anno dni predicto dns admisit Radulphum Woodward clicum ad Ecclesiam poch de Chesterton Lincoln dioc per mortem naturalem vltimi et immediati Rectoris et incumbentis eiusdem vacan Ad quam per honorandum virum Edwardum North militem dnm North ipius ecclie verum et indubitatum (vt dicitur) patronum dno presentatus extitit Ipmque Rectorem eiusdem ac in et de eadem instituit canonice et investivit cum suis Juribus et pertinentiis universis. Ac recepto ab eodem Radulpho Woodwarde Juramento canonico obedientie &c et acceptata Cura &c Scriptum fuit Archino Huntington seu eius Officiali pro ipius inductione &c

Omnium Scorum in villa Huntington Rcorie Institutio

Nono die Mensis Julij Anno dni predicto dns admisit Thomam Hulcocke clicum ad Ecclesiam poch omnium Sanctorum in villa Huntington Lincoln dioc vltimo modo vacan Ad quam per Illustrissimos in xpo Principes Philippum et Mariam dei gra Anglie Reges ipius ecclie (vt dicebatur) patronos dno presentatus extitit Ipmque Rectorem eiusdem ac in et de eadem instituit canonice et investivit cum suis Juribus et pertinentiis universis. Ac recepto ab eodem Thoma Hulcocke Juramento canonico obedientie &c et acceptata cura &c Scriptum fuit Archino Huntington seu eius Officiali ad inducendum &c

Milton Maner prebende Institutio

Duodecimo die Mensis Julij Anno dni predicto dns admisit Willm Stocker in Artibus Baccalaureum ad Canonicatum et Prebendam de Milton Maner in ecclia Cath beate Marie Lincoln per mortem naturalem vltimi et incumbentis ibm vacan Ad Quos per Willm Petre et Johem Mason milites et Willm Cooke legum doctorem, ipsorum Canonicatus et prebende vigore cuiusdam Advocationis Jurispatronatus eorundem per bone memorie dnm Henricum nuper Lincoln Epum fact et concess hac vice patronos dno presentatus extitit Ipmque Canonicum et prebendarium eorundem ac in et de eisdem instituit &c cum suis Juribus &c Ac recepto ab eodem Willmo Stocker Juramento canonico obedientie &c ac de observando Statuta et ordinationes ac laudabiles Consuetudines ecclie Cath Lincoln predict Scriptum fuit decano et capitulo eiusdem ecclie seu eorum vicesgerentibus ad inducendum &c

Gransden magna Vicarie Institutio

Vicesimo die dicti Mensis Julij Anno dni predicto dns admisit Willm Harrison clicum ad Vicariam perpetuam ecclie poch de Gransden magna Lincoln dioc per liberam Resignationem

Roberti Crofte vltimi et immediati vicarij et incumbentis eiusdem vacan. Ad quam per magistrum et socios Collegij nuncupati Clare Hall in Vniversitate Cantabrigie dicte vicarie perpetue veros et indubitatos (vt dicitur) patronos dno presentatus extitit, ipsumque vicarium perpetuum eiusdem ac in et de eadem instituit &c cum suis iuribus et pertinentijs vniversis. Ac recepto ab eodem Willelmo Harrison iuramento canonico obedientie &c ac de continue et personaliter residendo &c et acceptata cura animarum &c scriptum fuit Archidiacono Huntington seu eius officiali ad inducendum &c

Vicesimo octavo die mensis Julij Anno dni Millimo quingentesimo quinquagesimo Septimo dnus admisit Thomam Myre clericum ad Ecclesiam parochialem de Bletnesoo Lincoln dioc per mortem naturalem Jacobi Walker vltimi et immediati rectoris et incumbentis eiusdem vacan. Ad quam per Johem Seintjohn militem ipsius ecclie verum et indubitatum (vt dicitur) patronum dno presentatus extitit, ipsumque rectorem eiusdem ac in et de eadem instituit canonice et investivit cum suis iuribus et pertinentijs vniversis. Ac recepto ab eodem Thoma Myre iuramento canonico obedientie &c et acceptata cura &c scriptum fuit Archidiacono Bedford seu eius officiali ad inducendum

Bletnesoo Rectoris Institutio

Tricesimo die dicti mensis Julij Anno dni predicto dnus admisit Thomam Howden clericum ad vicariam perpetuam ecclie parochialis de Stagsden Lincoln dioc per cessionem Roberti Elyngesbye vltimi incumbentis ibidem vacan. Ad quam per Johem Mordant militem dnum Mordant ipsius ecclie verum et indubitatum (vt dicitur) patronum dno presentatus extitit, ipsumque vicarium perpetuum eiusdem ac in et de eadem instituit canonice et investivit cum suis iuribus et pertinentijs vniversis. Ac recepto ab eodem Thoma Howden iuramento canonico obedientie &c et de continue residendo &c et acceptata cura &c scriptum fuit Archidiacono Bedford seu eius officiali ad inducendum &c

Stagesden vicarie Institutio

Vltimo die mensis Julij Anno dni predicto dnus admisit Willelmum Bisshoppe clericum ad Ecclesiam parochialem de Albery Lincoln dioc per liberam resignationem Rogeri Palmer clerici vltimi et immediati rectoris et incumbentis eiusdem vacan. Ad quam per Thomam Hyde generosum ipsius ecclie (vt dicitur) patronum dno presentatus extitit, ipsumque rectorem eiusdem ac in et de eadem instituit &c cum suis iuribus et pertinentijs vniversis. Ac recepto ab eodem Willelmo Bisshop iuramento canonico obedientie &c et acceptata cura &c scriptum fuit Archidiacono Huntington seu eius officiali ad inducendum &c

Albery Rectorie Institutio

David Poole legum doctor Reverendissimi in Christo patris et dni domini Reginaldi miseratione divina tituli Ste Marie in Cosmedin Ste Romane ecclie presbiteri Cardinalis Poli Cantuarien Archiepi totius Anglie primatis et aplice Sedis legati nati necnon ad Illustrissimos in Christo principes Philippum et Mariam Anglie Reges et vniversum Anglie Regnum Sanctissimi dni nri Pape et eius de latere legati in et per totam provinciam Cantuarien vicarius in spiritualibus generalis et officialis principalis rite et legitime constitutus **dilecto** nobis in Christo Viro Ridge presbitero Lincoln dioc Salutem in auctore Salutis. Literas Commissionales dicti Reverendissimi patris Sigillo suo ad facultates in quadam capsa stannea cera rubea cum filis sericis coloris rubei inclusa sigillatas Ac per te nobis presentatas nuper cum omni reverentia debita recepimus sub eo qui sequitur verborum tenore. **Reginaldus** miseratione divina tituli Ste Marie in Cosmedin Ste Romane ecclie presbiter Cardinalis Polus Archiepus Cantuarien Sanctissimi dni nri pape et Sedis aplice ad Serenissimos Philippum et Mariam Anglie Reges et vniversum Anglie Regnum de latere legatus **dilecto** et nobis in Christo dilecto in ecclia Lincoln vacante spiritualitatis Custodi Salutem in dno sempiternam. **Ex parte** Viri Ridge presbiteri Lincoln dioc ordinis Sancti Augustini professi nuper nobis expositum fuit quod ipse post dissolutionem Monasterij de Notley eorundem ordinis et dioc introducto tunc in Regno perniciosissimo Scismate temere facta In quo quidem Monasterio dictus exponens habitum per illius Canonicos Regulares gestari solitum suscepto professionem quam ibi solita fuerat emitti regularem emiserat dicto Scismati consulentibus vigore cuiusdam Concessionis ad remanendum extra loca regularia ac suum beneficium ecclesiasticum curatum recipiendum et retinendum a quodam Thoma Cranmero qui pro tunc Archiepi auctoritate pro supremo in terris capite ecclie Anglicane de facto se gerentis nuncupabatur) per ipsum impetrata habitu suo regulari dimisso et veste clerici secularis assumpto extra loca regularia huiusmodi cum scandalo vagatus fuit Scismatis et Apostasie reatum necnon sententias censuras et penas contra tales latas dampnabiliter incurrendo. Cum autem (prout huiusmodi subiungebat expositio) ipse exponens de premissis ex corde plurimum doluerit et doleat de illis necnon Scismati et concessioni tanquam a suo pastore separato emanate penitus et omnino renunciaverit prout etiam de novo in manibus tuis renunciare paratus est Cupiatque a predictis censuris et penis per eum propterea incursis absolui et ecclie vnitati restitui ac alias statui suo provideri, nobis propterea humiliter supplicari fecit Exponens sibi de

Dispensatio Viri Ridge Monachi vt possit remanere extra loca regularia in habitu clerici secularis

oportuno super hiis absolutionis et dispensationis remedio de benignitate apostolica providere
dignaremur. **Nos** igitur considerantes quod ad se redeuntibus gremium non claudit e-
cclesia, presertimque considerantes quod in regno ministrorum ecclesiasticorum defectu ac-
cidentis ipso quo ab initio post reconciliationem huius regni cum sancta Romana ecclesia
factam auctoritate apostolica statuta fuerunt discretioni tue de qua in hiis et aliis plurimum
confidimus auctoritate apostolica per facultates nobis hac in nostra legatione concessas et qua fungimur
in hac parte tenore presentium committimus quatenus si est ita auctoritate predicta eundem et-
tiam (cognita in eo vera et non ficta aut simulata penitentia) a quibuscumque excommunicationis sus-
pensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis censuris et penis a iure vel
ab homine latis etiamsi eas per plures annos sustinuerit et in illis insorduerit quavis
premissorum occasione quomodolibet etiam iuxta regularia sui ordinis instituta per eum
incursis necnon schismatis et apostasie reatu iniuncta inde sibi pro modo culpe penitentia salutari
in forma ecclesie consueta in utroque conscientie scilicet et contentioso foro plenarie absolvat
et liberet eumque unitati ecclesie restituat et aliorum Christi fidelium consortio aggreget. Necnon
cum eodem Ricardo (dummodo aliogquin vite et morum honestas litterarum scientia aliaque lauda-
bilia probitatis et virtutum merita sibi suffragentur (super quo conscientiam tuam onera-
mus)) super irregularitate quavis premissorum occasione etiam quia censuris ligatus et
missas et alia divina officia celebraverit aut illis alias se immiscuerit contracta. Eundemque illa
etiam premissis non obstantibus etiam sacris et presbiteratus rite tamen et recte per eum susceptis
ordinibus etiam in altaris ministerio uti necnon (donec regularia loca restaurata fuerint
seu alias ad apostolice sedis beneplacitum) extra regularia loca huiusmodi et in habitu clerici
secularis remanere et ad vite sue sustentationem vicariam de Cholsey Sarisburiensis
dioc. alias sibi canonice conferendam retinere eidemque deservire libere et licite possit et
valeat misericorditer in domino dispenset ac omnem inhabilitatem et infamie maculam et
sive notam exinde circa ipsum quomodolibet insurgentem ab eo penitus et omnino aboleat
ipsumque in pristinum et eum in quo ante premissa quomodolibet erat statum plenarie resti-
tuat reintegret et reponat. Premissis et regula de insordescentibus edita aliisque
constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque.
Dat. Grenwici Roffen. dioc. Anno a Nativitate domini Millesimo quingentesimo quinqua-
gesimo septimo, octavo kl. marcii, Pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri
domini Pauli divina providentia Pape quarti Anno secundo. **Earum** quidem
litterarum commissionalium onus ob tanti reverendissimi patris committentis reverentiam et honorem in nos
assumentes ac iuxta earundem continentiam rite procedentes, Cum compererimus et inspexerimus te pre-
fatum Ricardum Ridge premissa per te perpetrata ex animo dolere et apertis lacrimis deplorare et
cognita in te vera et non ficta aut simulata penitentia, ideo te de peragenda penitentia a nobis pro com-
missis et delictis tuis in dictis litteris commissionalibus expressis tibi rite et salubriter iniuncta ad
sancta dei Evangelia per te corporaliter tacta rite iurato a quibuscumque excommunicationis suspensio-
nis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis censuris et penis a iure vel ab homine latis
etiamsi eas per plures annos sustinueris et in illis insorduaris quavis premissorum occasione et
quomodolibet etiam iuxta regularia tui ordinis instituta per te incursis necnon schismatis
et apostasie reatu in utroque conscientie scilicet et contentioso foro auctoritate apostolica nobis in
hac parte commissa plenarie absolvimus et liberavimus teque unitati ecclesie restituimus et alio-
rum Christi fidelium consortio aggregavimus. Necnon tecum super irregularitate quavis premissorum
occasione etiam quia censuris ligatus missas et alia divina officia celebraveris aut illis alias
te immiscueris contracta, Eundemque illa et premissis non obstantibus omnibus etiam sacris et presbiteratus
rite tamen et recte per te susceptis ordinibus etiam in altaris ministerio uti necnon donec re-
gularia loca restaurata fuerint seu alias ad apostolice sedis beneplacitum extra regularia
loca huiusmodi etiam in habitu clerici secularis remanere ac pro vite et victus tui commodiori susten-
tatione vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Cholsey Sarisburiensis dioc. alias tibi canonice conferendam
recipere et retinere eidemque deservire libere et licite possis et valeas eadem auctoritate apostolica
misericorditer in domino dispensavimus ac omnem inhabilitatem et infamie maculam sive notam per te
et occasionibus in dictis litteris commissionalibus expressis circa te quomodolibet insurgentem a te
penitus et omnino tam dictis abolevimus teque in pristinum et in eum in quo ante premissa quomodo-
libet erat statum plenarie restituimus reintegravimus et reposuimus. Premissis ac regulis de
insordescentibus editis aliisque constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis
contrariis non obstantibus quibuscumque. Dat. sub sigillo quo in hac parte utimur xxiiiᵒ die
dicti mensis marcii Anno domini iuxta computationem ecclesie Anglicane Millesimo quingentesimo
quinquagesimo septimo.

Commissio ad conferendum ordines

Reginaldus miseratione divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie primas et
apostolice sedis legatus Ad quem omnis et omnimoda iurisdictio spiritualis et ecclesiastica que ad episcopum
Lincolniensem sede plena pertinuit ipsa sede iam vacante notorie dinoscitur pertinere Vene-
rabili confratri nostro domino Johanni Salisbury episcopo suffraganeo sedis Thetfordensis nuncupato
Salutem et fraternam in domino charitatem. Ad admittendum et promovendum vice et auctoritate
nostra dilectos nobis in Christo filios Willelmum Thompson et Willelmum Corbye ac [illegible]

Audley dicte Lincoln dioc et eorum quolibet ad omnes tam minores quam sacros ordines quos no-
ndum sunt assecuti temporibus licitis et a iure statutis atque sacras manus tuas imponendo
(dummodo etate moribus natalibus et literatura per te reperti fuerint idonei titulosque suffi-
cientes tibi respective exhibuerint ac nullum aliud eis canonicum obsistat impedimentum) Ce-
teraque omnia et singula ad officium pontificale in premissis et circa ea spectantia et que circa ea
necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna faciendi exercendi et expediendi Circum-
spectioni tue de qua in hiis et aliis plurimum confidimus vices nostras committimus et
plenam tenore presentium concedimus facultatem In cuius rei testimonium sigillum nostrum
presentibus apponi fecimus Dat in Manerio nostro de Lambehith duodecimo die mensis Marty
Anno domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo sexto et nostre Cons Anno primo

In the name of god Amen The xxth day of August in the yere of our lord god a thousand five hundred fiftie and sixe I Anne Dawson of the parishe of ffaldingworth in the Countie of lincoln being of my hole mynd and a perfecte memory do make this my last will and testament in manner and forme following ffirst I comitte my sowle into thande and mercy of god And my body to be buried in the Churche yard of ffaldingworth, Also I will that my goode shalbe ordred and devided after this manner following, ffirst I geve to the pore people of ffaldingworth a quarter of barley And to the reparations of the Churche of ffaldingworth iiis iiiid Also I geve to my sister Elizabeth Colston two ewes and two lambes Also I will that Thomas Wilsby of ffaldingworth the elder and Laurence Shriffe of Hanworth shall have the keping and ordring of the lease of my ffarme during the nonage of Robert Dawson my sonne and all his goode, So that they shall kepe him at the schole & bring him uppe in lerning, And at the day of his marriage or els when he shalbe of lawfull aige I will that they shall deliver the lease of my ffarme and his goode to him, to use to his owne proper proffitte and gaine without any allowance or defalcation to be taken for his bringing uppe in lerning, Also I will that the said Thomas Wilsby and Laurence Shriffe shall have the ordring and bringing uppe of all the rest of myne owne Children, And also of all the Children of Henry Dawson my late husbond untill they come to and be of lawfull aige or els be maried, So that they shalbe bound sufficiently by writing to some of there ffriende to bring uppe my Children according to this my will, And also shall quietly without any allowance or detryment of there goode and without any suete in the lawe deliver untill them and every of them all such goode as is due to them either by this my will or els by either of the willes of my former husbonde at such tyme as they shall come to and be of lawfull aige or els be maried, Also I will that if any of myne owne Children dye before he or she be of lawfull aige that his or her parte shalbe devided amongest the rest of my Children that be alyve, Also I ordeyne and make for my executors of this my last will joyntely one with an other Robert Wrightenton, Robert Dawson, Margaret Wrightenton, Elizabeth Dawson, ffraunces Dawson, Anne Wrightenton, and Joane Wrightenton To whome I geve all my goode not bequeathid, ffurthermore I ordeyne Thomas Wilsby and Laurence Shriffe aforesaid to be the Supervisors of this my last will and Testament, Also I geve to Thomas Warde a lambe, And to John Best a lambe, And to every one of the rest of my Servaunte iiiid. These being witnesses Robert Saunderson, Edmond Knolles, Thomas Wilsby, Laurence Shriffe, Robert Dicconson, Richard Martin, Richard Colston

Testamentum Anne Dawson

Probatum fuit suprascriptum Testamentum coram magistro David Pole legum doctore Reverendissimi in Christo patris et domini domini Reginaldi Cardinalis Poli Archiepiscopi Cantuariensis et Vicario in spiritualibus generali Sede episcopali Lincoln vacante xiio die mensis Octobris Anno domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo sexto Ac per ipsum approbatum et insinuatum Comissaque fuit Administratio et Roberto Wrightington uni executorum in eodem Testamento nominato primitus in forma iuris consueta iurato, Reservata potestate similem Commissionem aliis executoribus in eodem Testamento nominatis cum venerint faciendi, Juramentumque salvo Et monitus est ad exhibendum Inventarium citra festum Natalitatis domini proxime futurum.

Duodecimo die mensis Octobris Anno domini 1556 emanarunt litere Administrationis bonorum indispositorum et non administratorum que nuper fuerunt Henrici Dawson defuncti dum vixit parochie de ffaldingworth Lincoln dioc Thome Wilsby et Laurentio Shriffe ad usum durante minore etate Roberti Dawson filij naturalis et legitimi dicti Henrici primitus in forma iuris consueta in persona ffrancisci Harward procuratoris sui iuratis salvo iure cuiuscumque Et habent ad exhibendum Inventarium citra festum Natalitatis domini proxime futurum.

Comissio Administrationis bonorum Henrici Dawson

Commissio Administracionis bonorum Ro Wright

Sexto die die Mensis February Anno dni 1556 Commissa fuit Administratio bonorum Roberti Wright nuper parochie de Castelbytham lincoln dioc defuncti Rolando Wildeman de Stonsby eiusdem dioc et Agneti Wildeman als Wright eius sorori filie naturali et Anne dicti defuncti primitus in forma iuris con-iuncta in persona Henrici Wildeman eorum procuratoris &c ante iurat salvo iure cuiuscumque Et habent pro Inventar &c citra festum Sci Mathie apli prox futur

Commissio Administracionis bonorum Elene Clarke vidue

Secundo die Mensis July Anno dni 1557 Commissa fuit Administratio bonorum Elene Clarke vidue nuper par de Coryngham lincoln dioc defuncte Egidio Hopkinson par de Bysshe prox consanguineo eiusdem Elene primitus in forma iuris conjuncta iurat salvo iure &c Et habet pro Inventario &c citra festum Symonis et Jude prox futur

Sar'

Vacatio Sedis episcopalis Sar' per obitum bone memorie domini Johannis Capon ultimi episcopi et pastoris eiusdem Anno domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo Septimo

Certificatorium super vacatione Sedis Sar'

Reverendissimo in Christo patri et domino domino Reginaldo miseratione divina tituli Sancte Marie in Cosmedin Sancte Romane ecclesie presbitero Cardinali Polo nuncupato Cantuarien' Archiepiscopo totius Anglie primati et apostolice Sedis legato Vestri humiles et devoti Thomas Bennet legum doctor precentor ecclesie cathedralis beate Marie Sar' Necnon venerabilis et egregii viri magistri Petri Vannes dicte ecclesie cathedralis Sar' decani Commendatarii et eiusdem ecclesie Capitulum omnimodas reverentiam et obedientiam tanto Reverendissimo patri debitas cum honore. **Quia** ecclesia nostra cathedralis Sar' predicta per mortem recolende memorie Johannis Capon nuper Episcopi nostri vacat ad presens cuius transitus Sexto die Mensis instantis Octobris Anno presenti nobis primo extitit intimatus Nos octavo die eiusdem Mensis in domo capitulari nostra convenientes et tractatu habito in communi dilectos nobis magistros Willelmum Geffrey legum doctorem predicteque ecclesie cathedralis Cancellarium Thomam Hardinge sacre Theologie Professorem et Georgium Carewe Archidiaconum Exon' Canonicos et confratres nostros Paternitati vestre Reverendissime nominamus et presentamus et cum instanti devotione supplicamus quatenus secundum formam compositionis inter felicis memorie Bonifacium predecessorem vestrum pro se et successoribus suis et nos dudum facte et hactenus observate unum ex eis quem acceptandum duxeritis nobis Officialem dari velitis ad exercendum iurisdictionem Episcopalem in Civitate et dioc' Sar' secundum formam compositionis supradicte donec nobis et ecclesie nostre de patre provisum fuerit et pastore. Conservet vos deus diu ut fidelis Christus ad honorem ecclesie sue in prosperitate per tempora diuturna. Dat' in domo nostra capitulari ecclesie cathedralis Sar' predicte sub Sigillo nostro communi decimo quinto die Mensis Octobris Anno domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo Septimo.

Commissio Officialis Civitatis et dioc' Sar'

Reginaldus miseratione divina tituli Sancte Marie in Cosmedin Sancte Romane ecclesie presbiter Cardinalis Polus Cantuarien' Archiepiscopus totius Anglie primas et apostolice Sedis legatus natus **dilecto** nobis in Christo filio magistro Willelmo Geffrey legum doctori ecclesie cathedralis beate Marie Sar' Officiali Cancellario Canonico et Prebendario Residentiario in eadem Salutem graciam et benedictionem. Quia vacante nuper ecclesia cathedrali Sar' predicta per obitum bone memorie domini Johannis Capon nuper dicte ecclesie cathedralis Sar' Episcopi dilecti filii nostri magister Thomas Bennet legum doctor precentor ecclesie cathedralis beate Marie Sar' predicte Petrusque Vannes dicte ecclesie cathedralis Sar' decanus Commendatarius et Capitulum eiusdem te ac magistros Thomam Hardinge sacre Theologie Professorem et Georgium Carewe Archidiaconum Exon' dicte ecclesie cathedralis Sar' Canonicos prebendatos nobis per literas suas patentes dat' in domo eorum capitulari sub eorum communi Sigillo decimo quinto die predicti Mensis Octobris nominarunt humiliter supplicantes quatenus unum ex eisdem nominatis quem duxerimus eligendum sive acceptandum officialem nostrum Sar' ad exercendum iurisdictionem Episcopalem in Civitate et dioc' Sar' predictis ipsius ecclesie cathedralis vacatione durante secundum formam cuiusdam compositionis realis inter pie recordationis dominum Bonifacium quondam Cantuarien' Archiepiscopum predecessorem nostrum ex parte una ac decanum et Capitulum ecclesie cathedralis Sar' predicte ex parte altera dudum (ut asseritur) facte preficere et constituere dignaremur. Nos de tuis sana doctrina conscientie puritate circumspectionis industria ac in rebus feliciter gerendis dexteritate plurimum in domino confidentes tuam personam inter alias nobis ad huiusmodi Officialitatis officium (ut premittitur) nominatas eligimus in hac parte Teque Officialem nostrum ad exercendum per te aut per aliam discretam et idoneam personam iurisdictionem Episcopalem in Civitate et dioc' supradictis preficimus et constituimus per presentes Tibi firmiter iniungendo mandantes quatenus officium huiusmodi prudenter, diligenter, legaliter et fideliter exerceas vel sic exerceri facias. Ac nobis de omnibus et singulis obventionibus proventibus et aliis emolumentis ratione iurisdictionis seu Officii huiusmodi provenientibus ac nobis et ecclesie nostre Christi Cantuarien' de iure vel consuetudine debitis fideliter computes ac aut sic computari facias, Ceteraque omnia et singula que in hac parte necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna et que ad huiusmodi Officialitatis officium de iure vel consuetudine pertinere dinoscuntur accurate exerceas et expedias seu sic exerceri et expediri facias. Ad que omnia et singula premissa faciendum exercendum et expediendum seu sic per aliam discretam personam fieri, exerceri et expediri faciendum tibi vices nostras committimus cum cuiuslibet Censure ecclesiastice potestate Assumpto tibi dilecto filio nostro magistro Anthonio Husse Notario publico Registrario nostro primario vel alio Notario publico viro bono et fideli ab eo in hac parte deputato vel deputando in Registrarium et Scribam nostrum et Registri nostri Custodem in ea parte durante vacatione Sedis predicte Mandando insuper quatinus cum cessante vacatione Sedis predicte ac alio Episcopo in eadem Sede consecrato et intronizato de omni eo quod per te in hac parte dictum gestum et expeditum fuerit nos aut Vicarium nostrum in spiritualibus generalem per literas tuas patentes manu autentica conscriptas acta et processus tuos complectentes certiores facere cures prout decet In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus Dat in Manerio nostro de Lambehith decimo octavo die mensis Octobris Anno domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo Septimo Et nostre Consecrationis Anno Secundo

Commissio ad recipiendum Iuramentum ab officiali Sarum

Reginaldus miseratione divina tituli Sancte Marie in Cosmedin Sancte Romane ecclesie presbiter Cardinalis Polus Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie Primas et apostolice Sedis legatus natus dilecto nobis in Christo filio magistro Thome Bennet legum doctori ecclesie cathedralis beate marie Sarum Precentori ac Canonico Residentiario in eadem Salutem graciam et benedictionem De tuis circumspectione gravitate et integritate plurimum confidentes Tibi ad recipiendum et admittendum vice et auctoritate nostris Iuramentum corporale a dilecto filio nostro magistro Willelmo Geffrey legum doctore Cancellario et Canonico Residentiario ecclesie cathedralis Sarum predicte Quem nos (Sede episcopali Sarum iam per obitum bone memorie domini Iohannis Capon ultimi et immediati Episcopi et pastoris eiusdem vacante) Officialem nostrum in eisdem Civitate et diocesi tempore Sedis vacationis durante iuxta et secundum formam Compositionis inter bone memorie dominum Bonifacium quondam Cantuariensem Archiepiscopum predecessorem nostrum ex una Ac decanum et Capitulum ecclesie cathedralis Sarum antedicte ex altera dudum facte fecimus et constituimus tenore presentium vices nostras committimus et plenariam in domino concedimus potestatem Mandantes tibi quatenus quid in premissis feceris nobis aut Vicario nostro in spiritualibus generali citra quartum diem futuri mensis Novembris per literas tuas patentes sub propria manu conscriptas et per te subscriptas una cum presentibus debite significare non postponas Iuramenti autem formam quod subibit hijs literis est annexa In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus Dat in Manerio nostro de Lambehith decimo nono die mensis Octobris Anno domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo Septimo Et nostre Consecrationis Anno Secundo

forma Iuramenti

In dei nomine Amen Ego Willelmus Geffrey legum doctor ecclesie cathedralis beate Marie Sarum Cancellarius ac Canonicus Residentiarius eiusdem necnon Officialis in Civitate et diocesi Sarum predictis Sede episcopali ibidem vacante per Reverendissimum in Christo patrem et dominum dominum Reginaldum miseratione divina tituli Sancte Marie in Cosmedin Sancte Romane ecclesie presbiterum Cardinalem Polum Cantuariensem Archiepiscopum totius Anglie primatem et apostolice Sedis legatum natum sufficienter et legitime deputatus et constitutus tactis per me Scripturis sacrosanctis iuro quod officium Officialitatis predicte mihi commissum legaliter et fideliter exercebo et quod subditos Clericos et laicos Civitatis et diocesis Sarum per maliciam seu Iniuriam non concutiam vel in rebus aut personis iniuste gravabo scienter nec indebite molestabo Immo ab oppressionibus extorcionibus et illicitis exactionibus abstinebo Ac prefato Reverendissimo patri de obventionibus et proventibus ratione Iurisdictionis seu officij predicti provenientibus iuxta formam Compositionis inter bone memorie dominum Bonifacium quondam Cantuariensem Archiepiscopum ex parte una ac tunc decanum et Capitulum ecclesie cathedralis Sarum ex altera dudum inite et facte fideliter respondebo Sic me deus adiuvet et hec sancta dei Evangelia

Certificatorium de Recepcione Iuramenti predicti

Reverendissimo in Christo patri ac domino domino Reginaldo miseratione divina tituli Sancte Marie in Cosmedin Sancte Romane ecclesie presbitero Cardinali Polo Cantuariensi Archiepiscopo totius Anglie primati et apostolice Sedis legato nato Vester humilis et devotus Thomas Bennet legum doctor ecclesie cathedralis beate marie Sarum Precentor Ac Canonicus Residentiarius in eadem Commissarius ad infrascripta specialiter deputatus omnimodas Reverentiam et obedientiam tanto Reverendissimo patri debitas cum honore Literas vestras commissionales una cum certa forma Iuramenti eisdem literis annexa tertio die mensis instantis Novembris Anno domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo Septimo Indictione prima Pontificatus Sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Pauli divina providentia huius nominis pape quarti Anno tertio Recepimus virtute quarum venerabilem virum magistrum Willelmum Geffrey legum doctorem predicte ecclesie cathedralis Sarum Cancellarium ac Canonicum Residentiarium eiusdem in eisdem literis commissionalibus nominatum coram nobis die et Anno predictis in domo scite Residentie nostre infra Clausum Canonicorum Sarum iudicialiter sedentibus iuxta earundem literarum continentiam iurari fecimus Cum prefatus magister Willelmus Geffrey sic tunc ibidem comparens viva voce protestatus est quod non intendit nec vult consentire agere sive facere aliquid contra fundationem Ordinationes et Statuta dicte ecclesie cathedralis Sarum

Ad quorum observantiam (ut asseruit) iuratus est / Et ista sua protestatione sibi semper salva) Nos prefatus Thomas Bennet eundem magistrum Willelmum Geffrey tactis per eum sacrosanctis dei Evangeliis iuxta prefati iuramenti formam iuramento oneravimus et iurari fecimus / **In quorum** omnium et singulorum fidem et testimonium Nos Thomas Bennet Commissarius antedictus presens certificatorium nostrum exinde fieri et per Ricardum Colte Notarium publicum subscribi et signari fecimus Necnon Sigillum venerabilis viri domini Archidiaconi Sarum presentibus apponi procuravimus Et nos Ricardus Chaundeler Archidiaconus antedictus ad specialem et personalem rogatum dicti Commissarii Sigillum Archidiaconatus nostri huiusmodi presentibus apposuimus Dat Sarum quoad Sigilli appensionem octavo die dicti mensis Novembris Anno domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo septimo presentibus tunc et ibidem venerabilibus viris magistris Thoma Heskins sacre Theologie professore, Georgio Carewe Archidiacono Exon et Ricardo Chaundeler Archidiacono Sarum testibus ad premissa vocatis et rogatis.

Et ego Ricardus Colte Cicestren dioc publicus sacra auctoritate apostolica Notarius Premissis prefati iuramenti onerationi Ceterisque premissis omnibus et singulis dum sic (ut premittitur) sub Anno domini indictione et pontificatu mense die et loco predictis coram prenominato magistro Thoma Bennet Commissario agebantur et fiebant una cum prenominatis testibus presens personaliter interfui Eaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi Ideo hoc presens publicum instrumentum manu mea propria scriptum Sigillo venerabilis viri domini Archidiaconi Sarum Sigillat de mandato dicti domini Commissarii feci publicavi et in hanc publicam formam redegi meoque hic subscripsi ac Signo et nomine meis solitis et consuetis signavi in fidem et testimonium omnium et singulorum Premissorum ad hoc rogatus specialiter et requisitus

Certificatorium de morte officialis predicti et nominatio trium aliorum de capitulo Sarum.

Reverendissimo in Christo patri ac domino domino **Reginaldo** miseratione divina tituli Sancte Marie in Cosmedin Sancte Romane ecclesie presbitero Cardinali Polo nuncupato Cantuariensis Archiepiscopo totius Anglie primati et metropolitano ac apostolice Sedis legato nato Vestri humiles et devoti Thomas Heskins sacre Theologie professor Canonicusque Residentiarius ecclesie cathedralis beate Marie Sarum Necnon venerabilis et egregii viri magistri Petri Vannes dicte ecclesie cathedralis Sarum Decani Locumtenens et eiusdem ecclesie Capitulum omnimodam reverentiam et obedientiam tanto Reverendissimo patri debitas cum honore / **Quia** vacante ecclesia nostra cathedrali Sarum predicta per mortem recolende memorie Johannis Capon nuper Episcopi nostri que adhuc vacat In cuius vacationis [illegible] Reverendissima vestra paternitas unum ex tribus quos nos vobis nominavimus iuxta formam Compositionis inter felicis memorie Bonifacium predecessorem vestrum [illegible] Et nos dudum factis et habitis observatis nominavit venerabilem virum magistrum Willelmum Geffrey legum doctorem dicte ecclesie cathedralis Sarum Cancellarium in Vicarium vestrum in spiritualibus generalem et Officialem ad exercendum Jurisdictionem Episcopalem in Civitate et diocesi Sarum Qui vicesimo octavo die mensis instantis Augusti diem clausit extremum / Quare ne ecclesia nostra et Episcopo et Vicario in spiritualibus generali sive officiali destituatur Nos vicesimo nono die eiusdem mensis in domo nostra capitulari convenientibus et tractatu habito in hac parte discretos viros magistros Thomam Heskins sacre Theologie Professorem Johannem Goodman sacre ecclesie cathedralis Wellen Decanum et Georgium Carewe Archidiaconum Exon Canonicos et Confratres nostros Paternitati vestre Reverendissime nominamus per presentes / Ac cum instanti devotione supplicamus Quatenus secundum formam Compositionis predicte unum ex eis quem acceptandum duxeritis nobis Officialem dare velitis ad exercendum Jurisdictionem Episcopalem in Civitate et diocesi Sarum secundum formam Compositionis supradicte Prout nobis et ecclesie nostre de patre promissum fuerit et pastore Conservet vos deus Jesus Christus ad honorem ecclesie sue in prosperitate per tempora diuturna Dat in domo nostra capitulari ecclesie cathedralis Sarum predicte sub Sigillo nostro communi vicesimo nono die mensis Augusti Anno domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo octavo.

Commissio magistri Johannis Goodman officialis Sarum.

Reginaldus miseratione divina tituli Sancte Marie in Cosmedin Sancte Romane ecclesie presbiter Cardinalis Polus Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie primas et apostolice Sedis legatus natus **dilecto** nobis in Christo magistro Johanni Goodman ecclesie cathedralis Wellen Decano Necnon ecclesie cathedralis beate Marie Sarum Canonico et prebendario Residentiario in eadem Salutem gratiam et benedictionem / **Quia** vacante nuper ecclesia cathedrali Sarum predicta per obitum bone memorie domini Johannis Capon nuper dicte ecclesie cathedralis Sarum Episcopi dilecti nobis in Christo magister Thomas Bennet legum doctor ecclesie cathedralis beate Marie Sarum predicte tunc Precentor, Petri Vannes dicte ecclesie cathedralis Decani locumtenens et Capitulum eiusdem quosdam magistros Willelmum Geffrey legum doctorem ecclesie cathedralis Sarum predicte Cancellarium Thomam Heskins sacre Theologie professorem et Georgium Carewe Archidiaconum Exon eiusdem ecclesie cathedralis Canonicos prebendatos nobis per literas suas patentes Dat in domo eorum capitulari sub eorum communi Sigillo decimo quinto die mensis Octobris ultimo preteriti nominaverunt humiliter supplicantes / Quatenus unum de eisdem nominatis quem duxerimus eligendum seu acceptandum officialem nostrum Sarum ad exercendum Jurisdictionem Episcopalem in Civitate et diocesi Sarum predicte ipsius ecclesie vacatione durante secundum formam cuiusdam Compositionis inter pie recordationis dominum Bonifacium quondam Cantuariensem Archiepiscopum predecessorem nostrum vestra parte Ac decanum et Capitulum ecclesie cathedralis Sar predicte ex altera dudum (ut asseritur) facte preficere et constituere dignaremur. Et cum nuper quidem vestra nobis ad huiusmodi Officialitatis officium (ut premittitur) nominatis providum virum magistrum Willelmum Cosyn elegimus et ipsum Officialem nostrum ad exercendum iurisdictionem spiritualem in Civitate et diocesi Sar predicte prefecimus et constituimus prout per literas nostras commissionales Sigillo nostro munitas gerentes dat decimo octavo die mensis Octobris ultimo preteriti (ad quas habeatur relatio) plenius liquet et apparet. Cum quidem Willelmus Cosyn officialis noster antedictus vicesimo octavo die mensis Augusti ultimo preteriti (ut accepimus) diem clausit extremum. Cumque dilecti nobis in Christo magister Thomas Heskyns sacre Theologie professor ecclesie cathedralis beate Marie Sar predicte Canonicus residentiarius dilecti nobis magistri Petri Vannes dicte ecclesie cathedralis decani locumtenens et Capitulum eiusdem Te ac eundem magistrum Thomam Heskyns Necnon magistrum Georgium Carewe Archidiaconum Totton dicte ecclesie cathedralis Canonicos prebendatos nobis per literas suas patentes dat in domo eorum capitulari sub ipsorum communi Sigillo vicesimo nono die mensis Augusti ultimo preteriti nominarunt modo premisso supplicantes quatinus unum ex eis nominatis quem duxerimus acceptandum officialem nostrum Sar ad exercendum iurisdictionem spiritualem in Civitate et diocesi Sar predicte ipsius ecclesie vacatione durante secundum formam Compositionis supradicte preficere et constituere dignaremur. Nos de tuis sana doctrina Consciencie puritate Circumspectionis industria et in rebus feliciter gerendis dexteritate plurimum in domino confidentes Teque vestra inter alios nobis ad huiusmodi Officialitatis officium (ut premittitur) nominatos elegimus in hac parte Teque Officialem nostrum ad exercendum per te aut per alium discretum et idoneum per vestra exerceri faciendum iurisdictionem spiritualem in Civitate et diocesi supradictis prefecimus et constituimus per presentes. Tibi firmiter iniungendo mandantes quatinus officium huiusmodi prudenter diligenter legaliter et fideliter exerceas seu exerceri facias ac de nobis de fructibus obventionibus proventibus et aliis emolumentis dicte iurisdictionis seu officii huiusmodi provenientibus ac nobis et ecclesie nostre Christi Cantuariensi de iure vel consuetudine debitis fideliter respondeas aut sic responderi facias. Ceteraque omnia et singula que in hac parte necessaria fuerint vel quomodolibet oportuna et que ad huiusmodi Officialitatis officium de iure vel consuetudine pertinere dinoscuntur donec tibi exerceas et expedias seu sic exerceri et expediri facias. Ad que omnia et singula premissa faciendum exercendum et exequendum seu sic per alium discretum officialem fieri et expediri faciendum tibi vices nostras committimus cum cuiuslibet cohercionis canonice potestate. Assumpto tibi dilecto filio nostro magistro Anthonio Huse Notario publico Registrario nostro primario seu alio Notario publico socio bono et fideli ab eo in hac parte deputato vel deputando in Registrarium et scribam nostrum et Registri nostri Custodem in ea parte durante vacatione ecclesie predicte. Mandantes nihilominus quod cessante vacatione predicta ac alio Episcopo in eadem ecclesia consecrato et intronizato de omni eo quod per te in hac parte actum gestum et expeditum fuerit nos aut Vicarium nostrum in spiritualibus generalem per literas tuas patentes manu autentica conscriptas acta et processus tuos completentes certiorem facere cures prout decet. In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus. Dat in Manerio nostro de Lambehith quinto die mensis Septembris Anno domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo octavo Et nostre Consecrationis Anno tertio.

Memorandum quod emanavit Commissio magistro Thome Chaundeler Archidiacono Sar ad recipiendum iuramentum a prefato magistro Johanne Godman de fideliter exercendo officium Officialitatis predicte in forma consueta sub dat sexti dicti mensis Septembris Anno domini supradicto

Commissio ad [illegible]
[illegible] officialis

Die Jovis viz nono die mensis Decembris anno domini 1557 coram venerabili viro magistro Henrico Cole legum doctore decano ecclesie cathedralis divi Pauli London ac reverendissimi in Christo patris et domini domini Reginaldi Cardinalis Poli Cantuariensis Archiepiscopi etc. vicario in spiritualibus generali in edibus dicti magistri Cole iuxta ecclesiam cathedralem divi Pauli London predictam situatis, in presentia mei Anthonii Huse Registrarii primarii dicti reverendissimi patris comparuit personaliter magister Willelmus Saye notarius publicus procuratorum generalium alme Curie Cantuariensis unus, et exhibuit procuratorium suum pro magistro Roberto Buxton clerico in legibus baccalaureo factum et pro parte sua pro eodem, ac nomine procuratorio eiusdem magistri Roberti exhibuit quasdam literas advocationis canonicatus et prebende de Aulton Borialis in ecclesia cathedrali beate Marie Sarum sub sigillo domini Johannis Capon nuper episcopi Sarum, ac capituli ecclesie cathedralis Sarum predicte munitas, literas presentationis strenui viri domini Johannis Tregonwell militis de persona memorati magistri Buxton ad dictum Canonicatum et prebendam (ut asseruit) per mortem naturalem magistri Rolandi Swynborne ultimi incumbentis eorundem vacantes factas, petens dominum suum vigore advocationis et presentationis predicte ad eosdem canonicatum et prebendam admitti ac in eisdem institui et investiri cum suis iuribus et pertinentiis universis, Cui sic petenti inspectis primitus literis predictis idem magister Cole respondebat se non posse impresentiarum petitioni huiusmodi annuere eo quod Thomas Leveson clericus ad presentationem serenissimorum dominorum regis et regine nunc prerogativa Corone sue admissus est et institutus in canonicatum et prebendam huiusmodi, et propterea se non posse expedire tandem magistrum Saye ut eius petitionem approbaret inconsulta serenissima Regina, cui premissa exponere intendit citra Kalendas Februarias data facultate adeundi maiestatem suam. Et ideo assignavit eidem magistro Saye nomine quo supra ad audiendum ulteriorem voluntatem suam super premissis secundo Blasii episcopi proximo hora audientie consistorii Cantuariensis in loco consueto divi Pauli London protestando se fore promptum ad ministrandum iustitiam eisdem die et loco consilio et beneplacito Regio etc. Magistro Saye petente literas dictarum advocationis et presentationis originales huiusmodi per eum exhibitas registrari et originales sibi restitui, ad cuius petitionem dominus decrevit registrandas et originales restituendas, presentibus tunc et ibidem Christofero Clerke et Johanne Incent notariis publicis testibus etc. Tenores vero literarum advocationis confirmationis et presentationis exhibitarum sunt tales

Copia Advocationis prebende de Aulton Borial

Pronunciamus et decernimus, Prefatoque Willelmo Barker dictam ecclesiam parochialem auctoritate dicti Reverendissimi patris contulimus, ipsumque Rectorem instituimus et investimus canonice in et de eadem cum suis iuribus et pertinentiis universis, Necnon pensionem annuam sex librarum tresdecim solidorum et octo denariorum currentis monete Anglie (que summa tertiam omnium et singulorum fructuum, proventuum et reddituum emolumentorum annuorum prefate ecclesie parochialis de Pluckeley iuxta verum et annuum valorem eiusdem non excedit) nec excedere dinoscitur) eidem Radulpho Wright de et ex fructibus proventibus et emolumentis ecclesiasticis quibuscumque dicte ecclesie parochialis per eundem Willelmum Barker Rectorem eiusdem ecclesie modernum ac suos in hac parte deputatos annuatim per equales portiones singulis annis futuris durante vita naturali ipsius Radulphi Wright ad duos anni terminos viz. festa sancti Michaelis Archangeli et Annunciationis beate Marie virginis ac sic de festo in festum et de anno in annum modo et forma subsequentibus eidem Radulpho Wright aut suis in hac parte sufficienti deputato quolibet dictorum festorum predictorum vel infra decem dies quodlibet dictorum festorum immediate sequentibus fideliter et effectualiter persolvendam, de et cum expresso consensu dicti Willelmi Barker Rectoris eiusdem ecclesie moderni auctoritate qua fungimur in hac parte assignavimus, separavimus et ordinavimus prout per presentes (pro alimentis et commodiori vite eiusdem Radulphi Wright sustentatione) separamus et ordinamus. Prima vero solutione pensionis huiusmodi incipiente et incipiet ac fideliter fienda in festo sancti Michaelis Archangeli proxime futuro, Secunda vero solutione incipiente aut incipiet et fideliter persolvenda in festo Annunciationis beate Marie virginis proxime futuro vel infra decem dies ut supra. Ac sic de festo in festum et de anno in annum annuatim durante vita naturali supradicti Radulphi Wright in festis et diebus quibus supra predicte ecclesie et prefato Willelmo Barker Rectori eiusdem moderno durante vita sua naturali (si idem Radulphus Wright tam diu vixerit) de voluntate, submissione et consensu eiusdem Willelmi Barker Rectoris eiusdem ecclesie moderni imponimus et oneramus. Quem quidem Willelmum Barker Rectorem modernum ecclesie parochialis de Pluckeley predicte dictamque ecclesiam pro huiusmodi pensione sic (ut premittitur) solvenda durante vita naturali eiusdem Willelmi astringimus, obligamus et oneramus. Ac pensionem annuam sex librarum tresdecim solidorum et quatuor denariorum durante vita naturali prefati Radulphi Wright ex suis submissionibus et consensibus huiusmodi ac presentibus nostris ordinationibus decreti et statutis auctoritate decreto constituimus et ordinamus per presentes. **Insuper** auctoritate qua fungimur in hac parte, vigore submissionis et consensus huiusmodi decernimus et ordinamus, quod idem Willelmus Barker Rector modernus sub vinculo iuramenti sui ad sancta dei Evangelia prestiti vel prestandi iurabit se fideliter et effectualiter persoluturum annuam pensionem memoratam in festis prerecitatis, etiam sub modo forma et qualitate predictis ac de observando et perimplendo presentem nostram ordinationem et sententiam diffinitivam fideliter in omnibus et per omnia bona fide. **Et insuper** volumus et decernimus si (quod absit) contingat aut contingerit hanc nostram presentem ordinationem in toto vel in aliqua eius parte, negligentia, mora, vel facto dicti Willelmi Barker, effectualiter non observari immo violari et infirmari, extunc licitum sit et sit prenominato Radulpho Wright aut procuratori sive deputato suo legitimo eundem Willelmum Barker Rectorem de Pluckeley modernum in ea parte sic culpabilem, negligentem et remissum debite requirere, interpellare et rogare quatenus hanc presentem ordinationem et sententiam nostram diffinitivam bene et fideliter observet et observabit ac faciat et faciet plenarie observari. **Et** si ipse Willelmus Barker sic requisitus aut requirendus per quindecim dierum spatium post huiusmodi requisitionem factam aut fiendam eandem ordinationem nostram et hanc nostram sententiam diffinitivam observare et perimplere distulerit aut differet, instituto tunc lapso et preterito, quem quindecim diebus (quorum quinque pro primo, quinque pro secundo et reliquos quinque pro tertio et peremptorio termino et monitione canonica eidem Willelmo Barker durante vita naturali prefati Radulphi Wright ad solutionem predictam faciendam et fiendam assignamus et limitamus) omnes et singulos fructus, proventus, iura, obventiones et cetera emolumenta ecclesiastica quecumque eiusdem ecclesie exeunt prout extunc et extunc prout exeunt de voluntate, consensu et assensu eiusdem Willelmi Barker sequestramus ac sub arto et tuto sequestro poni et custodiri debere decernimus et huiusmodi sequestri custodia eidem Radulpho Wright aut suo deputato cuicumque committimus et decernimus per presentes. Ita quod liceat et semper licebit in casu predicto prenominato Radulpho Wright aut suo deputato cuicumque fructus proventus iura obventiones et cetera omnia emolumenta dicte ecclesie percipere, habere, recipere, colligere et ponere se sub arto et tuto sequestro custodire, et custodiri facere et ponere se retinere et usui suo proprio applicare donec et quousque hec nostra ordinatio sententia et decretum quo modo et forma premissis in omnibus et per omnia una cum damnis et interesse suis in ea parte (si que fuerint) etiam cum effectu fuerint perimpleta et persoluta, nulla alia auctoritate super hoc petita et obtenta. **Volumus** etiam statuimus et ordinamus, quod dictus Willelmus Barker Rector modernus coram nobis aut alio competenti iudice quocumque quando ex parte dicti Radulphi Wright fuerit imposterum rogatus, requisitus aut interpellatus, renuntiabit in scriptis omni et omnimodo remedio iuris civilis et canonici sive ecclesiastici. Et presertim iurisdictionibus regalibus renunciacionem non valere nisi quatenus processerit specialiter per que hec nostra Ordinatio sive Sententia et contenta in eisdem in aliquo posset seu possint quomodolibet impediri aut retardari vel non adimpleri pure et expresse in Judicio in presentia Notarii publici ac testium fidedignorum super hoc Instrumento publico conficiendo ac sic renunciare tenebitur realiter et cum effectu. Que quidem omnia et singula per nos tum auctoritate nostra judiciali tum de voluntate Consensu Assensu Requisitione et Submissione partium predictarum superius decreta et ordinata fideliter observanda fore debere sub modo forma et qualitate premissis durante vita naturali prefati Radulphi Wright et non aliter neque alio modo ad earundem partium Instantias et Petitiones Pronunciamus Decernimus Declaramus Statuimus et ordinamus per hanc nostram Sententiam diffinitivam sive hoc nostrum finale decretum quam sive quod ferimus et promulgamus in his Scriptis. Per me Radulphum Wright clericum per me Willelmum Barker clericum.

Lecta fuit supradicta Sententia sive decretum per prenominatum magistrum David Pole octavo die Mensis Julii Anno domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo sexto, Inditione decima quarta Pontificatus vero Sanctissimi in Christo patris et domini domini Pauli divina providentia eius nominis Pape quarti Anno secundo in ecclesia cathedrali divi Pauli London juxta Capellam divae Catherinae ibidem in presentia mei Johannis Incent Notarii publici deputati magistri Anthonii Huse Registrarii principalis etc. de voluntate Consensu Assensu et Submissione prenominatorum Radulphi Wright et Willelmi Barker tunc et ibidem personaliter constitutorum et ad eorum respectivas petitiones. Presentibus tunc et ibidem Willelmo Harrys Johanne Bonington et Georgio Whitrogham Testibus etc.

Licentia ad tractandum et concludendum de pensione annua ex fructibus ecclesie de Coggeshall.

Reginaldus miseratione divina tituli Sancte Marie in Cosmedin sancte Romane ecclesie presbiter Cardinalis Polus Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie primas et apostolice Sedis legatus natus necnon ad serenissimos in Christo Principes Philippum et Mariam Anglie Regem et Reginam Sanctissimi domini nostri Pape et eiusdem apostolice Sedis etiam de latere Legatus. Dilecto nobis in Christo filio Thome Tryar Rectori ecclesie parochialis de Coggeshall Decanatus de Bocking nostre et ecclesie nostre Christi Cantuariensis Jurisdictionis immediate Salutem gratiam et benedictionem. Cum sicut asseris ex certis causis iustis et licitis te et animum tuum in hac parte moventibus dictam ecclesiam tuam parochialem in manus nostras sub pensione canonica tibi ad vite tue sustentationem nostra auctoritate assignanda resignare proponas si nos ad id tibi largum de benignitate nostra assensum dignaremur. Nos tuis oblatis nobis petitionibus gratiose inclinati Tibi ad tractandum et concludendum cum Hugone Sylston vel cum quocumque alio presbitero vita moribus et literarum scientia predito de super et pro quacumque pensione annua ecclesiastica vita tua comite ex fructibus et decimis eiusdem ecclesie rite interveniente decreto iudiciali pro vite tue uberiori sustentatione persolvenda facultatem et licentiam nostras ordinarias (dummodo inter vos simoniace pravitatis labes non intervenerit) harum serie impertimur et elargimur et concedimus prout sacris Canonibus convenit. In cuius rei Testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus. Datum in Manerio nostro de Lambehith Wintonien diocesis vicesimo secundo die mensis Maii Anno domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo sexto Et nostre Consecrationis Anno Primo.

Kemerton Rectoris Institutio

Decimo octavo die Mensis Maii Anno domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo Sexto Apud Lambehith dominus admisit Robertum Blande presbiterum ad ecclesiam parochialem de Kemerton Cantuariensis diocesis per liberam et spontaneam Resignationem Johannis Farmer ultimi et immediati Rectoris et incumbentis eiusdem in manus domini factam et per ipsum admissam vacantem, Ad quam per serenissimos in Christo Principes Philippum et Mariam Anglie Reges etc. ipsius ecclesie ratione minoris etatis Henrici Harrys generosi filii et heredis Walteri Harrys generosi defuncti in Custodia et Guarda eorundem dominorum Regis et Regine existentis veros et indubitatos hac vice ut dicebatur patronos domino presentatus extitit, ipsumque Rectorem instituit et investivit canonice in et de eadem cum suis Juribus et pertinentiis universis Salvis Archiepiscopalibus etc. et ecclesie metropolitice Christi Cantuariensis dignitate et honore in omnibus semper salvis. Ac recepto ab eodem Roberto Blande Juramento de canonica obedientia etc. et acceptata per eum Cura animarum etc. scriptum fuit Archidiacono Cantuariensi seu eius Officiali pro ipsius inductione etc.

Norton ecclesie Institutio

Penultimo die Mensis Maii Anno domini Millesimo quingentesimo lvj° Apud Lambehith dominus admisit Willelmum Ely presbiterum Artium magistrum ad ecclesiam parochialem de Norton Cantuariensis diocesis per mortem naturalem ultimi et immediati Rectoris et incumbentis eiusdem vacantem, Ad quam per Reverendum in Christo patrem dominum Mauricium Roffensem Episcopum ipsius ecclesie verum et indubitatum (ut dicitur) Patronum domino presentatus extitit, ipsumque Rectorem instituit et investivit canonice in et de eadem cum suis Juribus et pertinentiis universis Salvis Archiepiscopalibus etc. et ecclesie metropolitice Christi Cantuariensis dignitate et honore in omnibus semper salvis. Ac recepto Juramento de canonica obedientia etc. et acceptata cura etc. scriptum fuit Archidiacono Cantuariensi seu eius Officiali ad inductionem etc.

Basslecke Vicarie Landaven dioc Institutio

Decimo nono die Mensis Junij Anno domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo Sexto Apud Lambehith dominus vigore et auctoritate Brevis Regij sibi in hac parte directi admisit Lodovicum Rise clericum ad Vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Basslecke Landaven dioc Cantuarien provincie per deprivationem et destitutionem Henrici Morgan ultimi incumbentis in eadem vacantem. Ad quam per Johannem Bropolius de interiori Templo London Armigerum dicte Vicarie perpetue ratione cuiusdam Advocationis fuit pronatus eiusdem ecclesie per bone memorie dominum Robertum nuper Landaven episcopum in hac parte concesse verum et indubitatum hac vice (ut dicebatur) patronum domino presentatus extitit. Ipsumque Vicarium perpetuum instituit et investivit canonice in et de eadem cum suis Juribus et pertinentiis universis Juribus Archiepiscopalibus etc. et ecclesie metropolitice Christi Cantuarien necnon ecclesie cathedralis Landaven Juribus dignitatibus et honoribus in omnibus semper salvis. Ac prestito Juramento per eundem Lodovicum Rise de canonica obedientia etc. ac de continue et personaliter residendo etc. Et acceptata Cura etc. scriptum fuit Archidiacono Landaven seu eius Officiali pro ipsius inductione etc.

Tenor brevis Regij

Philippus et Maria dei gratia Rex et Regina Anglie Francie Neapolis Jerusalem et Hibernie Fidei defensores Principes Hispaniarum et Sicilie Archiduces Austrie Duces Mediolani Burgundie et Brabantie Comites Haspurgi Flandrie et Tirolis Reginaldo miseratione divina tituli beate Marie in Cosmedin Sancte Romane ecclesie presbitero Cardinali Polo nuncupato Cantuarien Archiepiscopo totius Anglie Primati et apostolice Sedis non solum Legato nato verum etiam ad nos et universum Regnum nostrum Anglie de latere legato eiusve Vicario in spiritualibus generali Salutem. Sciatis quod Johannes Bropolius Armiger in Curia nostra coram Justiciariis nostris apud Westmonasterium per considerationem eiusdem Curie recuperavit versus Anthonium episcopum Landaven et Thomam Lane clericum presentationem suam ad Vicariam de Basslecke in Comitatu Monmouth per breve nostrum de quare impedit. Et ideo vobis mandamus quod non obstante reclamatione predictorum episcopi et Thome ad presentationem predicti Johannis idoneam personam ad Vicariam predictam admittatis. T. R. Broke apud Westmonasterium vicesimo secundo die Aprilis Annis Regnorum nostrorum secundo et tertio

Sowthchurch ecclesie Collatio

Ultimo die Mensis Junij Anno domini predicto Apud Lambehith Reverendissimus contulit magistro Hugoni Gybson presbitero Juris Canonici Baccalaureo ecclesiam parochialem de Sowthchurch Decanatus de Borking ecclesie Christi Cantuarien Jurisdictionis immediate per liberam et spontaneam Resignationem Thome Crier ultimi incumbentis eiusdem vacantem et ad Collationem dicti Reverendissimi pleno Jure spectantem. Ipsumque Rectorem instituit et investivit canonice in et de eadem cum suis Juribus et pertinentiis universis Juribus ~~nostris~~ Archiepiscopalibus etc. et ecclesie metropolitice Christi Cantuarien dignitate et honore in omnibus semper salvis. Ac recepto ab eodem Hugone Gibson Juramento de canonica obedientia etc. et acceptata Cura etc. scriptum fuit Decano Decanatus de Borking seu eius Deputato necnon universis et singulis etc. pro ipsius inductione etc.

Spellacke ecclesie Institutio

Decimo die Mensis Julij Anno domini predicto Apud Lambehith dominus admisit Johannem Kingst presbiterum Artium magistrum ad ecclesiam parochialem de Spellacke infra marchias Ville Calisie Morinen dioc ecclesie Christi Cantuarien Jurisdictionis immediate certo modo de Jure ultimo vacantem. Ad quam per serenissimos in Christo Principes Philippum et Mariam Anglie Reges ipsius ecclesie veros et indubitatos (ut dicebatur) patronos domino presentatus extitit. Ipsumque Rectorem instituit et investivit canonice in et de eadem cum suis Juribus et pertinentiis universis Juribus Archiepiscopalibus etc. et ecclesie metropolitice Christi Cantuarien dignitate et honore in omnibus semper salvis. Ac recepto ab eodem Johanne Kingst Juramento de canonica obedientia etc. et acceptata Cura etc. scriptum fuit Commissario generali Ville et marchiarum Calisie seu eius Deputato pro ipsius inductione etc.

Demechurche ecclesie Institutio

Undecimo die Mensis Julij Anno domini predicto Apud Lambehith dominus admisit Johannem Carlyll presbiterum ad ecclesiam parochialem de Demechurch Cantuarien dioc per mortem naturalem ultimi Rectoris et incumbentis eiusdem vacantem. Ad quam per serenissimos in Christo Principes Philippum et Mariam Anglie Reges ipsius ecclesie veros et indubitatos (ut dicebatur) patronos domino presentatus extitit. Ipsumque Rectorem instituit et investivit canonice in et de eadem cum suis Juribus et pertinentiis universis Juribus Archiepiscopalibus etc. et ecclesie metropolitice Christi Cantuarien dignitate et honore in omnibus semper salvis. Ac recepto ab eodem Johanne Carlyll Juramento de canonica obedientia etc. Et acceptata Cura etc. scriptum fuit Archidiacono Cantuarien seu eius Officiali pro ipsius inductione etc.

Reculver Vicarie Collatio

Duodecimo die Mensis Julij Anno domini predicto Apud Lambehith Reverendissimus contulit Thome Herret presbitero Vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Reculver una cum Capella de Hoth eidem annexa Cantuarien dioc per mortem naturalem Laurentij Miller ultimi Vicarii et incumbentis in eadem vacan et ad Collationem dicti Reverendissimi patris pleno iure spectan, Ipsumque Vicarium perpetuum instituit et investivit canonice in et de eadem cum suis iuribus et pertinentiis universis, Iuribus ~~[illegible]~~ Archiepiscopalibus etc. et ecclesie metropolitice Christi Cantuariensis Dignitate et honore in omnibus semper salvis. Ac recepto ab eodem Thoma [illegible] Iuramento de canonica obedientia etc. ac de continuo et personali residendo etc. Et acceptata Cura etc. scriptum fuit Commissario generali Civitatis et diocesis Cantuariensis seu eius Deputato ad inducendum etc.

Stowtinge ecclesie Institutio

Decimo octavo die Mensis Iulii Anno Domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo sexto apud Lambehith dictus admisit Clementem Stapleton presbiterum ad ecclesiam parochialem de Stowting Cantuariensis diocesis et Iurisdictionis per mortem naturalem Willelmi Hunte clerici ultimi et immediati Rectoris et incumbentis eiusdem vacantem. Ad quam per dominam Elianoram Kempe viduam relictam Willelmi Kempe militis defuncti ipsius ecclesie veram et indubitatam ut dicitur patronam domino presentatus extitit, Ipsumque Rectorem instituit et investivit canonice in et de eadem cum suis iuribus et pertinentiis universis, Iuribus Archiepiscopalibus etc. et ecclesie metropolitice Christi Cantuariensis dignitate et honore in omnibus semper salvis. Ac recepto ab eodem Clemente Stapleton Iuramento canonice obedientie etc. Et acceptata cura etc. Scriptum fuit Archidiacono Cantuariensi seu eius Officiali pro ipsius inductione etc.

Tenterden Vicarie Institutio

Vicesimo sexto die Mensis Augusti Anno Domini predicto apud Lambehith dictus admisit Rogerum Spendlove presbiterum ad Vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Tenterden Cantuariensis diocesis et Iurisdictionis per liberam et spontaneam resignationem magistri Willelmi Darwell ultimi Vicarii et incumbentis in eadem vacan. Ad quam per venerabiles viros decanum et Capitulum ecclesie metropolitice Christi Cantuariensis dicte Vicarie veros et indubitatos ut dicebatur patronos domino presentatus extitit, Ipsumque Vicarium perpetuum instituit et investivit canonice in et de eadem cum suis iuribus et pertinentiis universis, Iuribus Archiepiscopalibus etc. et ecclesie metropolitice Christi Cantuariensis Dignitate et honore in omnibus semper salvis. Ac recepto ab eodem Rogero Spendlove Iuramento canonice obedientie etc. ac de continuo et personali residendo etc. Et acceptata Cura etc. scriptum fuit Archidiacono Cantuariensi seu eius Officiali pro ipsius inductione etc.

Relaxatio sequestri fructuum ecclesie beate Marie in Calisia

Reginaldus miseratione divina tituli sancte Marie in Cosmedin sancte Romane ecclesie presbiter Cardinalis Polus Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie primas et apostolice Sedis legatus natus necnon ad serenissimos in Christo principes Philippum et Mariam Anglie Reges et universum Anglie Regnum Sanctissimi domini nostri pape et eiusdem apostolice Sedis etiam de latere legatus etc. **Dilectis** nobis in Christo Custodi sive Custodibus sequestri fructuum decimarum et emolumentorum ecclesie parochialis beate Marie infra villam Calisie Morinensis diocesis nostre et ecclesie nostre Christi Cantuariensis Iurisdictionis immediate Salutem graciam et benedictionem. **Etsi** vacante nuper ecclesia parochiali beate Marie predicta per deprivationem Willelmi Mote clerici coniugati ultimi Rectoris eiusdem ecclesie omnes et singuli fructus, redditus, proventus, decime, oblationes et cetera emolumenta ecclesiastica ipsius ecclesie in quorumcumque manibus existentes auctoritate ordinaria nostra sequestrati fuerint, atque sequestri eorundem Custodia vobis commissa extitit iustitia ita exigente, **Cum** tamen eandem ecclesiam impresentiarum de Rectore idoneo nostra per nos instituto et investito plenam fuisse et esse dinoscatur, Cui de fructibus, decimis et aliis obventionibus eiusdem ecclesie et eius Rectori spectan et pertinen responderi et satisfieri pro iuris ecclesiastici dispositione debeat, Nos igitur ex premissis et aliis causis iustis et legitimis nos in hac parte moventibus sequestrum predictum ut premittitur per nos interpositum duximus relaxandum et remittendum, Prout etiam relaxamus et remittimus per presentes, Vobis firmiter precipiendo mandantes Quatenus a die receptionis presentium aut intimationis earundem vobis fiende, ulterius in dicto sequestro vestro de cetero vos non intromittatis aut ministratis, Sed eidem sequestro et eius Custodie penitus et omnino vigore presentium supersedeatis. De receptis vero per vos et expositis eidem Rectori instituto vel eius Procuratori legitimo instantem reddatis rationem prout iuri, rationi et equitati convenit, Processibus quibuscumque in ea parte (ut premittitur) emanatis et per vos factis in aliquo non obstantibus. In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus. Dat in Manerio nostro de Lambehith Wintoniensis diocesis tertio die Mensis Septembris Anno domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo sexto, Et nostre consecrationis anno primo.

Mongeham magna ecclesie Collatio

Decimo septimo die Mensis Septembris Anno Domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo sexto apud Lambehith Reverendissimus contulit Thome Burton presbitero ecclesiam parochialem de Mongeham magna Cantuariensis diocesis et Iurisdictionis per liberam et spontaneam resignationem magistri Georgii Bullocke ultimi et immediati Rectoris et incumbentis eiusdem in manibus dni fact et per ipsum admiss vacan, et ad Collationem dni pleno iure spectan, Ipsumque Ricardum in persona Jacobi Rowley procuratoris sui in hac parte legitime constituti instituit canonice et investivit cum suis iuribus et pertinen universis, Salvis iuribus archiepalibus etc et eccl'ie metropolitice xpi Cantuarien dignitate et honore in omnibus semper salvis. Ac recepto iuramento ab eodem Thoma Burton in persona dicti procuratoris sui de canonica obedientia etc et acceptata cura etc scriptum fuit Commissario generali Civitatis et dioc Cantuarien seu eius deputato pro ipsius inductione etc/

Brookland eccl'ie Institutio

Duodecimo die Mensis Octobris Anno dni 1556 Apud Lambehith dnus admisit Radum Blunte pbrum ad ecclesiam parochialem de Brookeland Cantuarien dioc et iurisdictionis per liberam et spontaneam resignationem magri Rici Tranchill ultimi et immediati Rectoris et incumbentis eiusdem in manibus dni fact et per ipsum admiss vacan, Ad quam per venerabiles viros decanum et Capitulum eccl'ie metropolitice xpi Cantuarien ipsius eccl'ie veros et indubitatos (ut dicebatur) patronos dno presentatus extitit, Ipsumque Rectorem instituit et investivit canonice in et de eadem cum suis iuribus et ptinen universis, Salvis iuribus archiepalibus etc et eccl'ie metropolitice xpi Cantuarien dignitate et honore in omnibus semper salvis. Ac prestito iuramento per eundem Radum Blunte in persona Johis Jurdon notarii publici procuratoris sui etc de canonica obedientia etc et acceptata cura etc scriptum fuit Archino Cantuarien seu eius Officiali pro ipsius inductione etc

Burkeland eccl'ie Institutio

Penultimo die Mensis Octobris Anno dni predicto Apud Lambehith dnus admisit Clementem Norton pbrum ad ecclesiam parochialem de Burkeland Cantuarien dioc et iurisdictionis certo modo de iure vacantem pro eo quod Johes Fletcher ultimus Rector ibidem ad ecclesiam parochialem de Elisted decanatus de Bocking eccl'ie xpi Cantuarien iurisdictionis immediate absque ulla dispensatione in ea parte obtenta se admitti obtinuit, Ad quam per serenissimos in xpo Principes Philippum et Mariam etc ipsius eccl'ie veros et indubitatos (ut dicebatur) patronos dno presentatus extitit, Ipsumque Rectorem in persona Johis Jurdon not publici procuratoris sui in hac parte legitime constituti instituit et investivit canonice in et de eadem cum suis iuribus et ptinen universis, Salvis iuribus archiepalibus etc et eccl'ie metropolitice xpi Cantuarien dignitate et honore in omnibus semper salvis. Ac prestito iuramento per eundem Johem Jurdon nomine procuratorio pfati Clementis Norton de canonica obedientia etc Et acceptata Cura etc scriptum fuit Archino Cantuarien seu eius Officiali pro eius inductione etc

Lynsted vicarie Institutio/

Primo die Mensis Novembris Anno dni predicto Apud Lambehith dnus admisit Robertum Hoggs pbrum ad vicariam perpetuam eccl'ie parochialis de Lynsted Cantuarien dioc certo modo de iure vacantem pro eo quod Willmus Stapleford ultimus vicarius ibidem acceptavit aliud beneficium absque ulla dispensatione in ea parte obtenta, Ad quam per venerabilem virum magrum Nicholaum Harpsfeld Archidiaconum Cantuarien dicte vicarie verum et indubitatum (ut dicebatur) patronum dno presentatus extitit, Ipsumque vicarium perpetuum instituit et investivit canonice in et de eadem cum suis iuribus et ptinen universis, Salvis iuribus archiepalibus etc et eccl'ie metropolitice xpi Cantuarien dignitate et honore in omnibus semper salvis/ Ac recepto iuramento ab eodem Roberto Hoggs de canonica obedientia etc ac de continue et personaliter residendo etc Et acceptata Cura etc scriptum fuit Archino Cantuarien seu eius Officiali pro ipsius inductione etc

Estmallinge vicarie Institutio/

Vicesimo septimo die Mensis Januarii Anno dni iuxta computacionem eccl'ie Anglicane Millesimo quingentesimo quinquagesimo Sexto Apud Lambehith dnus admisit Johem Mellett pbrum ad vicariam perpetuam eccl'ie parochialis de Estmalling decanatus de Shoreham eccl'ie xpi Cantuarien iurisdictionis immediate per deprivationem et destitutionem Rolandi Rire clerici ultimi et immediati vicarii et incumbentis ibidem vacantem, Ad quam per serenissimos in xpo principes Philippum et Mariam etc dicte vicarie perpetue veros et indubitatos patronos dno presentatus extitit, Ipsumque vicarium perpetuum instituit et investivit canonice in et de eadem cum suis iuribus et ptinen universis, Salvis iuribus archiepalibus etc et eccl'ie metropolitice xpi Cantuarien dignitate et honore in omnibus semper salvis. Ac recepto ab eodem Johe Mellett iuramento de canonica obedientia etc Ac de continue et personaliter residendo etc Et acceptata cura etc scriptum fuit decano decanatus de Shoreham seu eius deputato pro ipsius inductione etc/

Waltham vicarie Collatio/

Vicesimo octavo die Mensis Januarii Anno dni iuxta computacionem eccl'ie Anglicane 1556 Apud Lambehith Reverendissimus contulit Rogero Apporwell pbro vicariam perpetuam eccl'ie parochialis de Waltham Cantuarien dioc et iurisdictionis per privacionem et destitucionem Johis Boys clerici coniugati ultimi vicarii et incumbentis in eadem vacante et ad Collationem dicti Reverendissimi pro pleno iure spectan' Ipsumque Vicarium perpetuum instituit et investivit canonice in et de eadem cum suis iuribus et pertinen' universis Iuribus Archiepiscopalibus etc et ecclesie metropolitice Christi Cantuarien' Dignitate et Honore in omnibus semper salvis Ac prestito Iuramento per Incent Notarium publicum procuratorem principali Rogeri Appowell in hac parte legitime constitutum nomine procuratorio eiusdem Rogeri de canonica obedientia etc Necnon de continue et personaliter residendo etc Et acceptata Cura etc scriptum fuit Commissario generali Civitatis et dioc' Cantuarien' seu eius Deputato pro ipsius inductione etc/

Demechurche ecclesie Institutio

Decimo quarto die Mensis february Anno domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo Sexto Apud lambehith dictus dominus admisit Willelmum Best presbiterum ad Ecclesiam Parochialem de Demechurche Cantuarien' dioc' et Iurisdictionis per liberam et spontaneam Resignationem Iohannis Carlill ultimi Rectoris et incumbentis eiusdem in manus domini factam et per ipsum admissam vacan' Ad Quam per Serenissimos in Christo Principes Philippum et Mariam etc ipsius ecclesie veros et indubitatos ut dicitur Patronos domino presentatus extitit Ipsumque Rectorem instituit et investivit canonice in et de eadem cum suis Iuribus et pertinen' universis Iuribus Archiepiscopalibus etc et ecclesie metropolitice Christi Cantuarien' dignitate et Honore in omnibus semper salvis Ac Recepto ab eodem Willelmo Best Iuramento de canonica obedientia etc et acceptata Cura etc Scriptum fuit Archidiacono Cantuarien' seu eius Officiali pro ipsius inductione etc/

Sandegate ecclesie Institutio/

Secundo die dicti Mensis Marcij Anno domini predicto Apud Lambehith dictus dominus admisit magistrum Robertum Hill sacre Theologie Baccalaureum ad Ecclesiam parochialem de Sandegate infra marchias Ville Calisie Morinen' dioc' ecclesie Christi Cantuarien' Iurisdictionis immediate per mortem naturalem ultimi et immediati Rectoris et incumbentis eiusdem vacan' Ad quam per Serenissimos in Christo Principes Philippum et Mariam Anglie Reges ipsius ecclesie veros et indubitatos Patronos domino presentatus extitit Ipsumque in persona Christoferi Hawke clerici procuratoris sui in hac parte legitime constituti Rectorem instituit et investivit canonice in et de eadem cum suis Iuribus et pertinen' universis Curam et Regimen animarum etc ei in domino committens et commisit Iuribus Archiepiscopalibus etc et ecclesie metropolitice Christi Cantuarien' dignitate et Honore in omnibus semper salvis Ac Recepto Iuramento de canonica obedientia etc et acceptata Cura etc scriptum fuit Commissario generali Ville et marchiarum Calisie seu eius Deputato ad inducendum etc/

Sancti Alphegi Civitatis Cantuarien' ecclesie Collatio/

Eodem die Reverendissimus contulit Iohanni Alder presbitero Ecclesiam parochialem Sancti Alphegi Civitatis et dioc' Cantuarien' per deprivationem ~~Humfridi~~ Churden ultimi et immediati Rectoris et incumbentis eiusdem vacantem et ad Collationem dicti Reverendissimi pro pleno iure spectan' Ipsumque Rectorem primitus de canonica obedientia etc in persona Iohannis Incent notarij publici Procuratoris sui in hac parte legitime constituti ut moris est instituit et investivit canonice in et de eadem cum suis Iuribus et pertinen' universis Iuribus Archiepiscopalibus etc et ecclesie metropolitice Christi Cantuarien' Dignitate et Honore in omnibus semper salvis Et scriptum fuit Commissario generali Civitatis et dioc' Cantuarien' seu eius deputato pro ipsius inductione etc

Hothefeld ecclesie Institutio

Nono die Mensis Marcij Anno domini predicto Apud Lambehith dictus dominus admisit Edwardum Bolysaunte Clericum ad Ecclesiam parochialem de Hothefeld Cantuarien' dioc' et Iurisdictionis per liberam Resignationem Edwardi Glanys ultimi Rectoris et incumbentis eiusdem in manus domini factam et per eum admissam vacan' Ad quam per Iohannem Tufton Armigerum ipsius ecclesie verum et indubitatum ut dicebatur Patronum domino presentatus extitit Ipsumque Rectorem instituit et investivit canonice in et de eadem cum suis Iuribus et pertinen' universis Iuribus Archiepiscopalibus etc et ecclesie metropolitice Christi Cantuarien' dignitate et Honore in omnibus semper salvis Ac Recepto ab eodem Edwardo Bolysaunte Iuramento de canonica obedientia etc Et acceptata Cura etc scriptum fuit Archidiacono Cantuarien' seu eius Officiali pro ipsius inductione etc/

Hynxhill ecclesie Institutio/

Eodem die Apud Lambehith dictus dominus admisit Thomam Wilson presbiterum ad Ecclesiam parochialem de Hynxhill Cantuarien' dioc' et Iurisdictionis per mortem naturalem Roberti Wilson clerici ultimi ~~et immediati~~ Rectoris et incumbentis eiusdem vacantem Ad quam per Willelmum Brownyng generosum ipsius ecclesie verum et indubitatum ut dicebatur Patronum domino presentatus extitit Ipsumque Rectorem instituit et investivit canonice in et de eadem cum suis Iuribus et pertinen' universis Iuribus Archiepiscopalibus Reverendissimi domini Archiepiscopi Cantuarien' et ecclesie metropolitice Christi Cantuarien' dignitate et Honore in omnibus semper salvis Ac Recepto ab eodem Thoma Wilson Iuramento de canonica obedientia etc et acceptata Cura etc Scriptum fuit Archidiacono Cantuarien' seu eius Officiali pro ipsius inductione etc

Badlesmere ecclesie Institutio

Decimo Sexto die Mensis Marcii Anno domini iuxta computacionem ecclesie Anglicane Millesimo quingentesimo quinquagesimo Sexto Apud Lambehith dominus admisit Edwardum Kebill presbiterum ad Ecclesiam parochialem de Badlesmere Cantuariensis diocesis et Iurisdictionis per liberam et spontaneam Resignacionem Willelmi Roberte clerici vltimi et immediati Rectoris et incumbentis eiusdem in manibus domini factam et per ipsum admissam vacantem Ad quam per nobilem mulierem dominam Annam Dowager Comitissam Oxonie ipsius ecclesie veram et indubitatam (vt dicitur) Patronam domino presentatus extitit Ipsumque Rectorem instituit et investivit canonice in et de eadem cum suis Iuribus et pertinenciis vniuersis Iuribus Archiepiscopalibus etc et ecclesie metropolitice Christi Cantuariensis dignitate et honore in omnibus semper saluis Ac Recepto ab eodem Edwardo Kebill Iuramento de canonica obedientia etc Et acceptata Cura etc scriptum fuit Archidiacono Cantuariensi seu eius Officiali pro ipsius induccione etc

Charlewood ecclesie Institutio

Decimo Septimo die Mensis Marcii Anno domini predicto Apud Lambehith dominus admisit Gilbertum Browne clericum ad Ecclesiam parochialem de Charlewood decanatus de Croydon ecclesie Christi Cantuariensis Iurisdictionis immediate vltimo vacantem Ad Quam per Henricum Lechforde Armigerum ipsius ecclesie verum et indubitatum (vt dicebatur) patronum domino presentatus extitit Ipsumque Rectorem instituit et investivit canonice in et de eadem cum suis Iuribus et pertinenciis vniuersis Iuribus Archiepiscopalibus etc et ecclesie metropolitice Christi Cantuariensis dignitate et honore in omnibus semper saluis Ac prestito Iuramento per Iohannem Price procuratorem procuratorium Gilberti Browne in hac parte legitime constitutum nomine procuratorio eiusdem Gilberti de canonica obedientia etc Et acceptata Cura etc scriptum fuit decano decanatus de Croydon seu eius Officiali Necnon vniuersis et singulis etc pro ipsius induccione etc

Hernehill vicarie Collatio

Vicesimo die Mensis Marcii Anno domini predicto Apud Lambehith Reverendissimus contulit Edwardo Mynge presbitero vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Hernehill Cantuariensis diocesis et Iurisdictionis per mortem naturalem vltimi et immediati vicarii et incumbentis eiusdem vacantem et ad Collacionem domini Reverendissimi pleno iure spectantem Ipsumque vicarium perpetuum premissis de canonica obedientia etc ac de continue et personaliter residendo etc ad sancta dei Evangelia in persona Iohannis Furner Notarii publici Procuratoris sui in hac parte legitime constituti rite iuratum instituit et investivit canonice in et de eadem cum suis Iuribus et pertinenciis vniuersis Iuribus Archiepiscopalibus etc et ecclesie nostre metropolitice Christi Cantuariensis dignitate et honore in omnibus semper saluis Et scriptum fuit Commissario generali Ciuitatis et diocesis Cantuariensis seu eius deputato pro ipsius induccione etc

Lre testimoniales super admissione Thome Ionson ad Cantariam de Crawthorne

Vniuersis et singulis Sancte Matris Ecclesie filiis presentes literas nostras testimoniales visuris lecturis vel audituris aut quos infrascripta tangunt seu tangere poterunt quomodolibet in futurum Reginaldus miseracione diuina tituli Sancte Marie in Cosmedin Sancte Romane ecclesie presbiter Cardinalis Polus Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie primas et apostolice Sedis legatus natus etc Salutem graciam et benedictionem Ad vniuersitatis vestre noticiam deducimus et deduci volumus per presentes quod Scrutatis diligenter Registris bone memorie domini Willelmi Warham nuper Cantuariensis Archiepiscopi Predecessoris nostri sub Custodia Registrarii nostri principalis existentibus et fideliter custoditis comperimus et invenimus inter alia in eisdem Registratum et inactitatum quod Penultimo die mensis Iulii Anno domini Millesimo quingentesimo vicesimo quarto Idem predecessor noster admisit Thomam Ionson Capellanum ad Cantariam sive Capellam de Crowthorne in parochia de Hope nostre Cantuariensis diocesis per mortem naturalem magistri Thome Wellys sacre Theologie professoris vltimi incumbentis eiusdem tunc vacantem Ad quam per Iohannem Cheyney Armigerum dicte Cantarie (vt dicebatur) patronum presentatus extitit Ipsumque Capellanum perpetuum premissis de observando Statuta et Ordinaciones dicte Cantarie iuxta fundacionem eiusdem ad sancta dei Evangelia rite iuratum instituit canonice in et de eadem cum suis Iuribus et pertinenciis vniuersis Iuribus Archiepiscopalibus eiusdem predecessoris nostri et ecclesie Christi Cantuariensis dignitate et honore in omnibus semper saluis In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium has literas nostras testimoniales Sigilli nostri apposicione muniri et fecimus communiri Datum quoad Sigilli nostri apposicionem in Manerio nostro de Lambehith Wintoniensis diocesis vicesimo tertio die mensis Marcii Anno domini iuxta computacionem ecclesie Anglicane Millesimo quingentesimo quinquagesimo Sexto

Goodhurst vicarie Institutio

Vicesimo septimo die Mensis Marcii Anno domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo Septimo Apud Lambehith dominus admisit magistrum Richardum Whit sacre Theologie Baccalaureum ad vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Goodhurst Cantuariensis diocesis per liberam et spontaneam Resignacionem Stephani Baker clerici vltimi et immediati vicarii et incumbentis eiusdem in manibus domini factam et per ipsum admissam vacantem Ad quam per venerabiles viros decanum et Capitulum ecclesie cathedralis beate marie Roffensis ipsius vicarie perpetue veros et indubitatos (vtdicebatur patronos domino presentatus exhibit, ipsumque vicarium perpetuum premissis de continue et personali residendo etc. ac de canonica obedientia etc. ad sancta dei Evangelia in persona Johannis Furner notarii publici procuratoris sui in hac parte ut asseruit constituti jurat, instituit et investivit canonice in et de eadem cum suis juribus et pertinentiis universis, juribus archiepiscopalibus etc. et ecclesie metropolitice Christi Cantuariensis dignitate et honore in omnibus semper salvis, Et scriptum fuit Archidiacono Cantuariensi seu eius Officiali pro ipsius inductione etc.

Elham vicarie Institutio

Decimo die Mensis Aprilis Anno domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo Septimo Apud Lambehith dominus admisit Thomam Hardewicke presbiterum ad vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Elham Cantuariensis diocesis et Jurisdictionis per liberam et spontaneam resignationem Johannis Bercher ultimi vicarii et incumbentis eiusdem vacantem, Ad quam per venerabiles viros decanum et capitulum ecclesie cathedralis et metropolitice Christi Cantuariensis dicte vicarie perpetue veros et indubitatos (ut dicitur) patronos domino presentatus exhibit, ipsumque vicarium perpetuum instituit et investivit canonice in et de eadem cum suis juribus et pertinentiis universis, Juribus archiepiscopalibus etc. et ecclesie metropolitice Christi Cantuariensis dignitate et honore in omnibus semper salvis. Et recepto ab eodem Thoma Hardewicke juramento de continue et personali residendo etc. ac de canonica obedientia etc. Et acceptata cura etc. scriptum fuit Archidiacono Cantuariensi seu eius Officiali pro ipsius inductione etc.

Preston vicarie Institutio

Nono die Mensis Aprilis Anno domini 1557 Apud Lambehith dominus admisit Gervasium Lynche presbiterum ad vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Preston Cantuariensis diocesis et Jurisdictionis per liberam et spontaneam resignationem Johannis Wilson clerici ultimi et immediati vicarii et incumbentis eiusdem vacantem, Ad quam per venerabiles viros decanum et capitulum ecclesie metropolitice Christi Cantuariensis dicte vicarie perpetue veros et indubitatos patronos domino presentatus exhibit, ipsumque vicarium perpetuum instituit et investivit canonice in et de eadem cum suis juribus et pertinentiis universis, Juribus archiepiscopalibus etc. et ecclesie metropolitice Christi Cantuariensis dignitate et honore in omnibus semper salvis, Ac recepto ab eodem Gervasio Lynche juramento de continue et personali residendo etc. ac de canonica obedientia etc. Et acceptata cura etc. scriptum fuit Archidiacono Cantuariensi seu eius Officiali pro ipsius inductione etc.

Godmersham vicarie Collatio

Vicesimo septimo die Mensis Aprilis Anno domini predicto Apud Lambehith Reverendissimus contulit Thome Compson presbitero vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Godmersham Cantuariensis diocesis per mortem naturalem Jacobi Lobenand ultimi incumbentis in eadem vacantem et ad collationem dicti Reverendissimi pleno jure spectantem, ipsumque vicarium perpetuum instituit canonice et investivit in et de eadem cum suis juribus et pertinentiis universis, Juribus archiepiscopalibus etc. et ecclesie metropolitice Christi Cantuariensis dignitate et honore in omnibus semper salvis, Ac recepto ab eodem Thoma Compson juramento de continue et personali residendo etc. ac de canonica obedientia etc. Et acceptata cura etc. scriptum fuit Commissario generali Civitatis et diocesis Cantuariensis seu eius Officiali deputato pro ipsius inductione etc.

Northgate vicarie Collatio

Penultimo die Mensis Aprilis Anno domini predicto Reverendissimus contulit Rolando Jackeson presbitero vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Northgate Cantuariensis diocesis et Jurisdictionis per deprivationem Thome Crabbe ultimi vicarii et incumbentis eiusdem vacantem, et ad suam collationem pleno jure spectantem, ipsumque vicarium perpetuum instituit canonice in et de eadem cum suis juribus et pertinentiis universis, juribus archiepiscopalibus etc. et ecclesie metropolitice Christi Cantuariensis dignitate et honore in omnibus semper salvis, Ac recepto ab eodem Rolando Jackeson juramento de continue et personali residendo etc. et de canonica obedientia etc. Et acceptata cura etc. scriptum fuit Commissario generali Civitatis et diocesis Cantuariensis seu eius deputato pro ipsius inductione etc.

Estfarleigh vicarie Collatio

Eodem die Reverendissimus contulit Willelmo Baker clerico vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Estfarleigh decanatus de Shoreham ecclesie Christi Cantuariensis Jurisdictionis immediate certo modo de jure vacantem et ad collationem suam pleno jure spectantem, ipsumque vicarium perpetuum instituit et investivit canonice in et de eadem cum suis juribus et pertinentiis universis, Juribus archiepiscopalibus dicti Reverendissimi et ecclesie sue metropolitice Christi Cantuariensis dignitate et honore in omnibus semper salvis, Ac recepto juramento ab eodem Willelmo Baker de continue et personali residendo etc. et de canonica obedientia etc. Et acceptata cura etc. scriptum fuit Decano decanatus de Shoreham seu eius deputato pro ipsius inductione etc.

Reginaldus miseratione divina tituli Sancte Marie in Cosmedin Sancte Romane ecclesie presbiter Cardinalis Polus Cantuariensis archiepiscopus totius Anglie primas et apostolice sedis legatus natus **Dilecto** nobis in Christo filio Johanni Greyll presbitero Rectori ecclesie parochialis de Hammes Sancti Martini infra Marchias ville Calisie Morinensis diocesis nostre et ecclesie nostre Christi Cantuariensis iurisdictionis immediate Salutem gratiam et benedictionem. **Porrecta** nobis nuper pro parte tua petitio continebat Quod tu ex certis causis legitimis veris iustis rationabilibus et licitis animum tuum ad id specialiter moventibus ab onere Cure et Regiminis dicte ecclesie parochialis et animarum parochianorum ibidem sponte penitus et ex toto cedere licentia et facultate nostra petiis ac ad premissa exequenda obstabit, ac dummodo tibi de congrua et canonica pensione annua ex decimis fructibus et emolumentis dicte ecclesie parochialis pro vite et victus tui commodiore sustentatione auctoritate nostra ordinaria congrue provideatur et consulatur. Nos igitur precibus tuis favorabiliter inclinati ac tuis comodo et utilitati (qui in eadem ecclesia diu laudabiliter deservisti) prospicere et consulere volentes, Ad cedendum et tractandum tu quotiens cum alio idoneo Rectore in hac parte cedere et tractare volente de et super pensione annua ex fructibus decimis proventibus et emolumentis dicte ecclesie parochialis pro honesta vite tue sustentatione iuxta sacros in hac parte editos Canones auctoritate nostra ordinaria tibi assignanda et solvenda, Atque de et super qualitate et quantitate pensionis annue huiusmodi etiam concludendum (dummodo inter vos simoniaca pravitas non intervenerit et nostris sententiis in hac parte promulgandis accesserit auctoritas et non aliter neque alio modo) Licentiam et facultatem nostras ordinarias tenore presentium (quatenus de iure possumus) gratiose concedimus et elargimur per presentes. **In cuius** rei testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus. Dat in Manerio nostro de Lambehith Wintoniensis diocesis decimo quarto die mensis Maii Anno domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo Septimo Et nostre Consecrationis Anno Secundo.

Chilham vicarie Institutio

Decimo Septimo die mensis Maii Anno domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo septimo apud Lambehith dominus admisit Robertum Browne presbiterum ad vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Chilham Cantuariensis diocesis et iurisdictionis de iure vacantem, Ad quam per nobilem virum Thomam Cheyney nobilis ordinis Garterii militem Thesaurarium hospitii Regie Maiestatis, ac dominum Gardianum quinque portuum dicte vicarie perpetue verum et indubitatum hac vice patronum domino presentatus existit, ipsumque vicarium perpetuum instituit et investivit canonice in et de eadem cum suis iuribus et pertinentiis universis, iuribus archiepiscopalibus etc et ecclesie metropolitice Christi Cantuariensis dignitate et honore in omnibus semper salvis, Ac recepto ab eodem Roberto Browne iuramento de canonica obedientia etc et de continue et personaliter residendo etc Et acceptata cura etc, scriptum fuit Archidiacono Cantuariensi seu eius Officiali pro ipsius inductione etc.

Edburton ecclesie Collatio

Vicesimo die mensis Maii Anno domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo septimo Reverendissimus contulit Willelmo Shepparde presbitero ecclesiam parochialem de Edburton decanatus de Southmallinge ecclesie Christi Cantuariensis iurisdictionis immediate per mortem naturalem Edmundi Grene ultimi et immediati Rectoris et incumbentis eiusdem vacantem, et ad Collationem dicti Reverendissimi patris pleno iure spectantem, ipsumque Rectorem instituit et investivit canonice in et de eadem cum suis iuribus et pertinentiis universis, iuribus archiepiscopalibus etc et ecclesie metropolitice Christi Cantuariensis dignitate et honore in omnibus semper salvis, Et recepto ab eodem Willelmo Shepparde iuramento de canonica obedientia etc Et acceptata Cura etc scriptum fuit decano decanatus de Southmallinge seu eius deputato Necnon universis et singulis Rectoribus etc pro ipsius inductione etc.

Coudinge ecclesie Collatio

Vicesimo primo die mensis Maii Anno domini predicto apud Lambehith Reverendissimus contulit magistro Thome Poultonde presbitero Artium magistro Capellano suo ecclesiam parochialem de Coudinge decanatus de Shorham sue iurisdictionis immediate per liberam et spontaneam resignationem Johannis Crisp ultimi et immediati Rectoris et incumbentis eiusdem in manibus domini factam et per ipsum admissam vacantem et ad Collationem dicti Reverendissimi patris pleno iure spectantem, ipsumque Rectorem instituit et investivit canonice in et de eadem cum suis iuribus et pertinentiis universis, iuribus archiepiscopalibus etc et ecclesie metropolitice Christi Cantuariensis dignitate et honore in omnibus semper salvis, Et recepto ab eodem magistro Thoma Poultonde iuramento de Canonica obedientia etc, Et acceptata per eum Cura animarum etc scriptum fuit decano decanatus de Shorham seu eius deputato Necnon universis et singulis etc pro ipsius inductione etc.

Frekeham ecclesie Collatio

Vicesimo nono die mensis Maii Anno domini predicto apud Lambehith Reverendissimus contulit Willelmo Pratte presbitero ecclesiam parochialem de Frekeham Cantuariensis diocesis et iurisdictionis per liberam et spontaneam resignationem Henrici Latham ultimi Rectoris et incumbentis eiusdem in manus dicti Reverendissimi patris fact' et per ipsum admiss' vacante et ad Collationem eiusdem Reverendissimi patris pleno iure spectan', ipsumque Rectorem instituit et investivit canonice in et de eadem cum suis iuribus et pertinentiis universis, iuribus Archiepiscopalibus etc. et ecclesie metropolitice Christi Cantuarien' dignitate et honore in omnibus semper salvis. Ac recepto ab eodem Willelmo Pratte iuramento de canonica obedientia etc. et acceptata per eum cura animarum etc. scriptum fuit Commissario generali Civitatis et dioc' Cantuarien' seu eius Officiali pro ipsius inductione etc.

Graveney Vicarie Institutio

Decimo quinto die Mensis Junii Anno Domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo septimo apud Lambehith dominus admisit Hugonem David presbiterum ad Vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Graveney Cantuarien' dioc' et iurisdictionis per liberam et spontaneam resignationem Georgii Pillam clerici ultimi et immediati Vicarii et incumbentis eiusdem in manus domini fact' et per ipsum admiss' vacantem, ad quam per serenissimos in Christo Philippum et Mariam Anglie Reges etc. dicte Vicarie perpetue veros et indubitatos patronos dicto domino presentatus extitit, ipsumque Vicarium perpetuum instituit canonice in et de eadem cum suis iuribus et pertinentiis universis, iuribus Archiepiscopalibus etc. et ecclesie metropolitice Christi Cantuarien' dignitate et honore in omnibus semper salvis. Ac recepto ab eodem Hugone David iuramento de canonica obedientia etc. et de continue et personaliter residendo etc. Et acceptata Cura etc. scriptum fuit Archidiacono Cantuarien' seu eius Officiali pro ipsius inductione etc.

Hastinglegh ecclesie Collatio, et est prima Collatio

Decimo octavo die Mensis Junii Anno Domini predicto Reverendissimus contulit Roberto Carrier presbitero ecclesiam parochialem de Hastinglegh Cantuarien' dioc' et iurisdictionis per liberam et spontaneam resignationem Anthonii Hylmes ultimi et immediati Rectoris et incumbentis eiusdem in manus domini fact' et per ipsum admiss' vacan' et ad suam Collationem pleno iure spectan', ipsumque Rectorem instituit et investivit canonice in et de eadem cum suis iuribus et pertinentiis universis, iuribus Archiepiscopalibus etc. et ecclesie metropolitice Christi Cantuarien' dignitate et honore in omnibus semper salvis. Ac recepto ab eodem Roberto Carrier iuramento de canonica obedientia etc. et acceptata Cura etc. scriptum fuit Archidiacono Cantuarien' seu eius Officiali pro ipsius inductione etc.

Sesalter Vicarie Institutio

Vicesimo tertio die Mensis Junii Anno Domini predicto apud Lambehith dominus admisit Hugonem Lambert presbiterum ad Vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Sesalter Cantuarien' dioc' et iurisdictionis per deprivationem et destitutionem Thome Tebber ultimi Vicarii et incumbentis eiusdem vacan', ad quam per venerabiles viros Decanum et Capitulum ecclesie metropolitice Christi Cantuarien' dicte Vicarie perpetue veros et indubitatos (ut dicitur) patronos dicto domino presentatus extitit, ipsumque Vicarium perpetuum instituit canonice et investivit in et de eadem cum suis iuribus et pertinentiis universis, iuribus Archiepiscopalibus etc. et ecclesie metropolitice Christi Cantuarien' dignitate et honore in omnibus semper salvis. Ac recepto ab eodem Hugone Lambert iuramento de canonica obedientia etc. ac de continue et personaliter residendo etc. Et acceptata Cura etc. scriptum fuit Archidiacono Cantuarien' seu eius Officiali pro ipsius inductione etc.

Newington ecclesie decanatus de Risbergh Collatio

Primo die Mensis Julii Anno Domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo septimo Reverendissimus contulit magistro Egidio Holland presbitero Artium magistro ecclesiam parochialem de Newington decanatus de Risbergh ecclesie Christi Cantuarien' iurisdictionis immediate per liberam et spontaneam resignationem magistri Owini Oglethorpe sacre Theologie professoris ultimi Rectoris et incumbentis eiusdem in manus domini fact' et per ipsum admiss' vacan' et ad Collationem domini pleno iure spectan', ipsumque Rectorem primitus de canonica obedientia etc. ad sancta Dei Evangelia in persona Rogeri Turner Notarii publici procuratoris sui in hac parte legitime constituti ut iuratum instituit et investivit canonice in et de eadem cum suis iuribus et pertinentiis universis, iuribus Archiepiscopalibus etc. et ecclesie metropolitice Christi Cantuarien' dignitate et honore in omnibus semper salvis. Et scriptum fuit Decano decanatus de Risbergh seu eius deputato Necnon universis et singulis Rectoribus etc. pro ipsius inductione etc.

Langley Regis ecclesie Institutio

Decimo tertio die Mensis Julii Anno Domini predicto apud Lambehith dominus admisit Christoferum Waddington presbiterum ad ecclesiam parochialem de Langley Regis Cantuarien' dioc' et iurisdictionis per cessionem ultimi et immediati Rectoris et incumbentis eiusdem vacantem, ad quam per dominum Robertum Harper Militem ipsius ecclesie verum et indubitatum (ut dicebatur) patronum domino presentatus extitit, ipsumque Rectorem instituit et investivit canonice in et de eadem cum suis iuribus et pertinentiis universis, iuribus Archiepiscopalibus etc. et ecclesie metropolitice xpi Cantuarien dignitate et honore in omnibus semper salvis. Ac recepto ab eodem Christofero Waddington Iuramento de canonica obedientia etc. et acceptata Cura etc. scriptum fuit Archidiacono Cantuarien seu eius Officiali pro ipsius inductione etc.

Horsham Vicaria Cicestren dioc Collatio

Decimo tertio die Mensis Julij Anno domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo septimo dominus contulit Barnardo Mason presbitero Vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Horsham Cicestren dioc per liberam et spontaneam resignationem magistri Mauricij Gittons ultimi et immediati Vicarij et incumbentis eiusdem in manibus domini factam et per ipsum admissam vacantem et ad Collationem domini ratione vacationis sedis Episcopalis Cicestren hac vice spectantem Ipsumque Vicarium perpetuum instituit et investivit canonice in et de eadem cum suis Iuribus et pertinencijs universis Iuribus Archiepiscopalibus etc. et ecclesie metropolitice xpi Cantuarien necnon ecclesie cathedralis Cicestren dignitatibus et honoribus in omnibus semper salvis. Et recepto ab eodem Barnardo Mason Iuramento de canonica obedientia etc. ac de continue et personaliter residendo etc. et acceptata Cura etc. scriptum fuit Archidiacono Lewen seu eius Officiali pro ipsius inductione etc.

Collatio ecclesie sancti Dunstani in Oriente London

Decimo nono die Mensis Julij Anno domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo septimo apud Lambehith dominus contulit magistro Iohanni Bravane sacre Theologie Bacchalaureo Ecclesiam parochialem sancti Dunstani in Oriente decanatus de Arcubus London ecclesie xpi Cantuarien immediate Iurisdictionis per liberam et spontaneam resignationem magistri Ricardi Smyth sacre Theologie professoris ultimi et immediati Rectoris et incumbentis eiusdem in manibus domini factam et per ipsum admissam vacantem et ad Collationem domini pleno Iure spectantem Ipsumque Rectorem instituit et investivit canonice in et de eadem cum suis Iuribus et pertinencijs universis et Iuribus Archiepiscopalibus etc. et ecclesie metropolitice xpi Cantuarien dignitate et honore in omnibus semper salvis. Ac recepto ab eodem magistro Iohanne Bravane Iuramento de canonica obedientia etc. et acceptata cura etc. scriptum fuit decano decanatus de Arcubus London seu eius deputato pro ipsius inductione etc.

Romney veteris ecclesie Collatio

Vicesimo primo die Mensis Julij Anno domini predicto dominus contulit magistro Roberto Hill sacre Theologie Bacchalaureo Ecclesiam parochialem de veteri Romney Cantuarien dioc et Iurisdictionis per mortem naturalem magistri Iacobi Cutthoppe ultimi et immediati Rectoris eiusdem vacantem et ad Collationem domini pleno Iure spectantem Ipsumque Rectorem primitus de canonica obedientia etc. ad sancta dei Evangelia in persona magistri Christofori Robinson procuratoris sui in hac parte legitime constituti iurato instituit et investivit canonice in et de eadem cum suis Iuribus et pertinencijs universis Iuribus Archiepiscopalibus etc. et ecclesie metropolitice xpi Cantuarien dignitate et honore in omnibus semper salvis. Et acceptata Cura etc. scriptum fuit Commissario generali Civitatis et dioc Cantuarien seu eius Officiali pro ipsius inductione etc.

Shadoxherst ecclesie Institutio

Eodem die apud Lambehith dominus admisit Thomam Oliver Clericum ad Ecclesiam parochialem de Shadoxherst Cantuarien dioc et Iurisdictionis per deprivationem et destitutionem Galfridi Hylley ultimi Rectoris et incumbentis eiusdem vacantem Ad quam per serenissimos in xpo principes Philippum et Mariam Anglie Reges ipsius ecclesie veros et indubitatos (ut dicitur) patronos domino presentatus extitit Ipsumque Rectorem primitus de canonica obedientia etc. ad sancta dei Evangelia in persona Christofori Robinson procuratoris sui legitime constitut' iurato instituit et investivit canonice in et de eadem cum suis Iuribus et pertinencijs universis Iuribus Archiepiscopalibus etc. et ecclesie metropolitice xpi Cantuarien dignitate et honore in omnibus semper salvis. Ac recepto ab eodem Thoma Oliver Iuramento de canonica obedientia etc. et acceptata Cura etc. scriptum fuit Archidiacono Cantuarien seu eius Officiali pro ipsius inductione etc.

Hobekirke ecclesie Institutio

Vicesimo septimo die Mensis Augusti Anno domini predicto apud Lambehith dominus admisit magistrum Robertum Hill sacre Theologie Bacchalaureum ad Ecclesiam parochialem de Hobekirke infra marchias Ville Calisie Morinen dioc per mortem naturalem Anthonij Wharton ultimi Rectoris et incumbentis eiusdem vacantem Ad quam per serenissimos in xpo principes Philippum et Mariam Anglie Reges ipsius ecclesie veros et indubitatos (ut dicebatur) patronos domino presentatus extitit Ipsumque Rectorem in persona magistri Christofori Hawke

Clerici Procuratoris sui in hac parte legitime constituti ad sancta dei Evangelia ut iuratum instituit, et investiuit canonice in et de eadem cum suis Juribus et pertinentiis universis Juribus Archiepalibus &c et ecclie metropolitice Xpi Cantuarien dignitate et honore in omnibus semper salvis / Et acceptata Cura &c scriptum fuit Commissario generali ville et Marchiarum Calisie seu eius deputato pro ipsius inductione &c

Orpington ecclie Collatio /

Tricesimo die Mensis Augusti Anno dni Millimo quingentesimo quinquagesimo septimo apud Lambehith dnus contulit magistro Mauricio Clenocke pbro in legibus Bacchalaureo ecclesiam parrochialem de Orpington decanatus de Shorham ecclie Xpi Cantuarien Jurisdictionis immediate per mortem naturalem magistri Willmi Wargham ultimi Rectoris et incumbentis eiusdem vacantem et ad Collationem dni pleno iure spectantem / Ipsumque Rectorem instituit canonice et investiuit in et de eadem cum suis Juribus et pertinentiis universis / Curamque et Regimen animarum parochianorum per Vicarium perpetuum ibm exercendum ei in dno commisit, Juribus Archiepalibus &c et ecclie metropolitice Xpi Cantuarien dignitate et honore in omnibus semper salvis / Et recepto Juramento de canonica obedientia &c scriptum fuit decano decanatus de Shorham seu eius deputato Clericis universis et singulis &c pro ipsius inductione &c /

Mestham ecclie Institutio

Tertio die Mensis Septembris Anno dni predicto apud Lambehith dnus admisit magistrum Johem Wistowe pbrum ad ecclesiam parrochialem de Mestham decanatus de Croidon ecclie Xpi Cantuarien Jurisdictionis immediate per mortem naturalem ultimi et immediati Rectoris eiusdem vacantem / ad quam per dnum Thomam Saunders Militem ipsius ecclie verum et indubitatum ut dicebatur patronum dno presentatus extitit Ipsumque Rectorem instituit et investiuit canonice in et de eadem cum suis Juribus et pertinentiis universis Juribus Archiepalibus &c et ecclie metropolitice Xpi Cantuarien dignitate et honore in omnibus semper salvis / Ac recepto ab eodem Johe Wistowe Juramento de canonica obedientia &c et acceptata Cura &c scriptum fuit decano decanatus de Croidon seu eius deputato pro ipsius inductione &c /

Licentia ad cedendum de et super pensione annua ex fructibus vicarie de Mynster

Reginaldus miseratione divina tituli Ste Marie in Cosmedin Sce Romane ecclie pbr Cardinalis Polus Cantuarien Archiepus totius Anglie primas et aplice Sedis legatus natus **dilecto** nobis in Xpo filio Johi Wilbore pbro Vicario perpetuo ecclie parochialis de Mynster in Insula de Tanetto nrarum Cantuarien dioc et Jurisdictionis Salutem gratiam et benedictionem / **Porrecte** nobis nuper pro parte tua preces continebant Cum tu ex certis causis veris iustis rationabilibus et legitimis animum tuum ad id moventibus ab onere Cure et Regiminis dicte Vicarie perpetue de Mynster et animarum parochianorum ibm (Dummodo tibi de congrua et canonica Pensione annua ecclesiastica ex fructibus decimis et emolumentis dicte Vicarie perpetue pro vite et status tuorum commodiori sustentatione auctoritate nra ordinaria congrue provideatur et consulatur) cupis penitus exonerari magnopere affectas facultate et licentia nris premissis desuper obtentis et acquisitis / Nos tuis piis affectibus favorabiliter inclinati Commodo et utilitati tuis (qui in eadem ecclia diu laudabiliter te gessisti) prospicere et consulere volentes / **Ad** cedendum igitur cum dilecto filio Nicholao Wendon Artium magistro de et super Pensione annua ecclesiastica ex fructibus decimis proventibus et emolumentis dicte Vicarie perpetue de Mynster pro sobriori vite tue sustentatione iuxta sacros in hac parte editos Canones auctoritate nra ordinaria rite assignanda et solvenda Atque de et super qualitate et quantitate Pensionis annue huiusmodi etiam concludendum / Dummodo inter vos Simoniaca pravitas non intervenerit et nra Sententia in hac parte promulganda accesserit auctoritas et non aliter nec alio modo licentiam et facultatem nras ordinarias tenore presentium quatenus de iure possumus gratiose concedimus et elargimur per presentes / In cuius rei testimonium Sigillum nrum presentibus est appensum / Dat in Manerio nro de Lambehith Wintonien dioc tertio die mensis Septembris Anno dni Millimo quingentesimo quinquagesimo Septimo / Et nre Consecrationis Anno Secundo /

Mynster vicarie Collatio

Ultimo die Mensis Septembris Anno dni Millimo quingentesimo quinquagesimo septimo Reverendissimus contulit magistro Nicho Wendon Clerico Artium magistro Vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Mynster in Insula de Thanetto Cantuarien dioc per liberam et spontaneam resignationem magistri Johis Wilbore ultimi incumbentis eiusdem in manibus dicti Reverendissimi patris fact' et per ipsum admissam vacantem et ad Collationem dicti Reverendissimi patris pleno iure spectantem, ipsumque vicarium perpetuum eiusdem ac in et de eadem instituit canonice et investivit cum suis iuribus et pertinentiis universis. Ac recepto ab eodem Nicholao Wendon iuramento de canonica obedientia etc. ac de continue et personaliter residendo etc. necnon de bene et fideliter persolvendo quandam pensionem annuam ecclesiasticam ex fructibus, decimis obventionibus et reliquis emolumentis ecclesiasticis dicte vicarie perpetue prefato magistro Johanni Wilson pro [illegible] vite sue sustentatione quam [illegible] auctoritate ordinaria dicti Reverendissimi patris assignand' et limitand', et acceptata per eundem Nicholaum Cura animarum etc. Et scriptum fuit Commissario generali Civitatis et diocesis Cantuariensis seu eius deputato pro ipsius inductione etc.

Hollingbourne vicarie Collatio.

Duodecimo die dicti Mensis Octobris Anno domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo Septimo Reverendissimus contulit Willelmo Burke presbitero vicariam perpetuam ecclesie parrochialis de Hollingbourne Cantuariensis diocesis et iurisdictionis per mortem naturalem Johannis Barly nuper ultimi vicarii et incumbentis in eadem vacantem et ad Collationem dicti Reverendissimi patris pleno iure spectantem. Ipsumque vicarium perpetuum instituit canonice et investivit in et de eadem cum suis iuribus et pertinentiis universis. Iuribus Archiepiscopalibus etc. et ecclesie metropolitice Christi Cantuariensis dignitate et honore in omnibus semper salvis. Ac recepto ab eodem Willelmo Burke iuramento de canonica obedientia etc. et de continue et personaliter residendo etc. Et acceptata per ipsum Willelmum Cura animarum etc. Scriptum fuit Commissario generali Civitatis et diocesis Cantuariensis seu eius deputato pro ipsius inductione etc.

Heys ecclesie Institutio

Decimo quarto die Mensis Octobris Anno domini predicto dictus admisit magistrum Johannem Warner in Medicinis Doctorem ad Ecclesiam parrochialem de Heys cum capella de Norwood eidem annexa decanatus de Croidon ecclesie Christi Cantuariensis iurisdictionis immediate per mortem naturalem magistri Willelmi Wargrave ultimi Rectoris et incumbentis eiusdem vacantem. Ad quam per honorandum virum dominum Willelmum Comitem Penbrokie preclari Ordinis Garterii militem ipsius ecclesie ratione cuiusdam Advocationis Iurispatronatus eiusdem per Thomam Cranmerum nuper Archiepiscopum Cantuariensem in hac parte concesse hac vice (ut dicebatur) patronum dicto presentatus extitit. Ipsumque Rectorem primitus de canonica obedientia etc. in persona Christoferi Arundell Procuratoris sui in hac parte legitime constituti ad sancta dei Evangelia rite iurato instituit canonice et investivit in et de eadem cum suis iuribus et pertinentiis universis. Curamque et regimen animarum etc. per vicarium perpetuum ibidem exercendum eidem magistro Johanni in domino commisit. Iuribus Archiepiscopalibus etc. et ecclesie metropolitice Christi Cantuariensis dignitate et honore in omnibus semper salvis. Et scriptum fuit decano decanatus de Croidon seu eius deputato Clericis universis et singulis etc. pro ipsius inductione etc.

Eastwell ecclesie Institutio

Eodem xviij die Mensis Octobris dictus admisit Hugonem David clericum ad ecclesiam parrochialem de Eastwell Cantuariensis diocesis et iurisdictionis per mortem naturalem Christoferi Ma- ultimi Rectoris et incumbentis eiusdem vacantem. Ad quam per strenuum virum Thomam Moile Militem ipsius ecclesie verum et indubitatum (ut dicitur) patronum dicto presentatus extitit. Ipsumque Rectorem instituit canonice et investivit in et de eadem cum suis iuribus et pertinentiis universis. Curamque et regimen animarum etc. sibi in domino commisit. Iuribus Archiepiscopalibus etc. et ecclesie metropolitice Christi Cantuariensis dignitate et honore in omnibus semper salvis. Ac recepto ab eodem David iuramento de canonica obedientia etc. dictus decrevit scribendum fore Archidiacono Cantuariensi seu eius Officiali pro ipsius inductione etc.

Terring vicarie Institutio x

Octavo die Mensis Novembris Anno domini predicto dictus admisit Henricum Richarde Clericum ad vicariam perpetuam ecclesie parrochialis de Terring decanatus de Terring ecclesie Christi Cantuariensis iurisdictionis immediate per liberam et spontaneam resignationem Jacobi Bromley ultimi et immediati vicarii et incumbentis eiusdem in manibus domini fact' et per ipsum admissam vacantem. Ad quam per magistrum Willelmum Bradbridge Clericum Rectorem ecclesie parrochialis de Terring predicte ac eiusdem vicarie perpetue patronum pro hac vice, dicto presentatus extitit. Ipsumque vicarium perpetuum instituit etc. Ac recepto ab eodem Henrico iuramento de canonica obedientia etc. et de continue et personaliter residendo etc. Et acceptata Cura etc. Scriptum fuit Decano decanatus de Terring seu eius deputato Clericis universis et singulis etc. pro ipsius inductione etc.

Ecclie Sci Michis Harbaldowne

Decimo quinto die Mensis Novembris Anno dni Millmo quingen quinquagesimo Septimo dns contulit Roberto Mowbery pbro Ecclesiam Parrochialem Sci Michis Harbaldowne Cantuarien dioc et Jurisdictionis per mortem naturalem Rici Crosse clerici ultimi Rectoris et incumbentis eiusdem vacan et ad Collationem dni pleno iure spectantem ac ipsum Rectorem eiusdem ac in et de eadem instituit canonice et investivit cum suis Juribus et pertinen universis Curamque et Regimen animarum etc sibi in dno commisit Juribus Archiepalibus etc et ecclie metropolitice Xpi Cantuarien dignitate et honore in omnibus semper salvis, Et recepto ab eodem Roberto Mowbery Juramento de canonica obedientia etc Scriptum fuit Commissario generali Civitatis et dioc Cantuarien seu eius deputato pro ipsius inductione etc

Presentatio ad vicariam de Ratchedall Cestren dioc

Reginaldus miseratione divina tituli Sce Marie in Cosmedin Sce Romane Ecclie pbr Cardinalis Polus Cantuarien Archiepus totius Anglie primas et aplice sedis legatus natus Rector sive Proprietarius Ecclie parrochialis de Ratchedall Cestren dioc ac eo obtentu verus et indubitatus patronus vicarie perpetue Ecclie paroch de Ratchedall predict Venerabili Confri nro dno Cuthberto permissione divina Cestren Epo eiusve vicario in spualibus generali aut alii cuicumque hanc nram presentationem admittendi potestatem habenti Salutem et fraternam in dno charitatem, **Ad** vicariam perpetuam Ecclie Parrochialis de Ratchedall predict per deprivationem et destitutionem Rici Worsloo ultimi et immediati vicarii et incumbentis in eadem iam vacantem et ad nram presentationem pleno iure spectan Dilectum nobis in Xpo filium magrm Johem Hanson Clericum Artium magrm vobis tenore presentium presentamus Rogantes et Requirentes quatenus eundem magrm Johem Hanson ad dictam vicariam perpetuam admittere, ipsumque vicarium perpetuum eiusdem ac in et de eadem instituere canonice et investire cum suis Juribus et pertinen universis Ceteraque facere et perimplere que vro in hac parte incumbunt officio pastorali velitis cum favore **In cuius** rei testimonium Sigillum nrm presentibus apponi fecimus, Dat in Manerio nro de Lambehith Winton dioc decimo Septo die mensis Novembris Anno dni Millmo quingen quinquagesimo Septimo, Et nre consecr Anno Secundo

Bekesbourne vicarie Collatio

Secundo die Mensis decembris Anno dni Millmo quingen quinquagesimo Septimo dns contulit Thome Voise pbro vicariam perpetuam Ecclie paroch de Bekesborne Cantuarien dioc et Jurisdictionis per mortem naturalem ultimi vicarii et incumbentis in eadem vacan et ad Collationem dni pleno iure spectan ipsumque vicarium perpetuum instituit canonice et investivit in et de eadem cum suis Juribus et ptinen universis Curamque et Regimen animarum etc ei in dno commisit Juribus Archiepalibus etc et ecclie metropolitice Xpi Cantuarien dignitate et honore in omnibus semper salvis Ac recepto ab eodem Thoma Juramento de canonica obedientia etc et de continue et personaliter residendo etc dns decrevit scribendum fore Commissario generali Civitatis et dioc Cant seu eius deputato pro ipsius inductione etc

Eastbridge Ecclie Institutio

Eodem die dns admisit Willm Dobison Clericum ad Ecclesiam paroch de Eastbridge Cant dioc per mortem naturalem ultimi Rectoris et incumbentis eiusdem vacan Ad presentationem serenissimorum in Xpo Principum Philippi et Marie etc ipsius ecclie (ut dicebatur) patronorum dno presentatus extitit Ipsumque Rectorem primitus de canonica obedientia etc Xpofori Hawke clerici Procuratoris sui etc ad sancta dei Evangelia rite iurato instituit etc cum suis Juribus et ptinen universis Curamque et Regimen animarum etc ei in dno commisit Juribus Archiepalibus etc et ecclie metropolitice Xpi Cant dignitate et honore semper salvis, Et scriptum fuit Archino Cant etc ad inducendum etc

Preston iuxta ffeversham vicarie Collatio

Decimo die Mensis decembris Anno dni predicto Reverendissimus contulit Thome Slany pbro vicariam perpetuam Ecclie parrochialis de Preston iuxta ffeversham Cant dioc per mortem naturalem Rici Maypas ultimi incumbentis in eadem vacan et ad Collationem dni Reverendissimi patris pleno iure spectan, Ipsumque vicarium perpetuum instituit etc cum suis Juribus et ptinen universis Curamque et Regimen animarum etc sibi in dno commisit Et recepto ab eodem Thoma Slany Juramento de canonica obedientia etc ac de continue et personaliter residendo etc Et acceptata per eum Cura animarum etc scriptum fuit Commissario generali Civitatis et dioc Cantuar seu eius deputato pro ipsius inductione etc

Presentatio ad ecclesiam sancti Edmundi in Lumbardstrete

Reginaldus miseracione divina tituli sancte Marie in Cosmedin Sancte Romane ecclesie Presbiter Cardinalis Polus Cantuarien Archiepiscopus totius Anglie Primas et apostolice Sedis legatus natus **Venerabili** Confratri nostro domino Edmundo permissione divina London Episcopo eiusve Vicario in spiritualibus generali aut alii cuicumque hanc nostram presentacionem admittendi potestatem et auctoritatem habenti Salutem et fraternam in domino Charitatem **Ad** ecclesiam parrochialem sancti Edmundi in Lumbardstrete Civitatis et diocesis vestre London per liberam et spontaneam resignacionem Roberti Avery clerici ultimi et immediati Rectoris et incumbentis eiusdem iam vacantem et ad nostram presentacionem pleno iure spectantem Dilectum nobis in Christo filium Thomam Cooke presbiterum fraternitati vestre presentamus Rogantes et requirentes quatenus eundem Thomam Cooke ad dictam ecclesiam parrochialem admittere ipsumque Rectorem eiusdem ac in et de eadem instituere canonice et investire cum suis iuribus et pertinentiis universis Ceteraque peragere et implere que vestro in hac parte incumbunt officio pastorali dignemini charitatis intuitu ac favore **In Cuius** rei testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus Dat in manerio nostro de Lambehith Wintonien diocesis ultimo die mensis Decembris Anno domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo septimo Et nostre Consecracionis Anno Secundo

Institucio ecclesie de Musgrave Carliolen diocesis

Reginaldus miseracione divina tituli sancte Marie in Cosmedin sancte Romane ecclesie Presbiter Cardinalis Polus Cantuarien Archiepiscopus totius Anglie Primas et apostolice Sedis legatus natus **Dilecto** nobis in Christo filio Henrico Allen presbitero Salutem graciam et benediccionem **Breve** serenissimorum in Christo Principum Philippi et Marie Anglie Regum nobis inscriptum et directum nuper recepimus tenorem subscriptum in se complectens **Philippus** et Maria dei gratia Rex et Regina Anglie Hispaniarum Francie utriusque Sicilie Ierusalem et Hibernie fidei defensores Archiduces Austrie duces Burgundie Mediolani et Brabantie Comites Haspurgi Flandrie et Tirolis Reginaldo miseracione divina tituli sancte Marie in Cosmedin sacrosancte Romane ecclesie presbitero Cardinali Polo nuncupato Cantuarien Archiepiscopo totius Anglie primati et apostolice Sedis legato nato Salutem Sciatis quod Iacobus Warcoppe generosus in Curia nostra coram Iusticiariis nostris apud Westmonasterium per consideracionem eiusdem Curie recuperavit presentacionem suam versus Owinum Carliolen episcopum et dominam Elizabetham Musgrave viduam ad ecclesiam de Musgrave vacantem et ad suam spectantem Donacionem Unde idem Iacobus breve nostrum de quare impedit in eadem Curia nostra tulerat versus eos pro defaultis ipsorum Owini et Elizabethe Et ideo vobis precipimus quod non obstante reclamacione predictorum Owini et Elizabethe ad presentacionem predicti Iacobi ad ecclesiam predictam idoneam personam admittatis T. R. Broke apud Westmonasterium nono die Octobris Annis Regnorum nostrorum Quarto et Quinto **Ad eandem** igitur ecclesiam parrochialem de Musgrave Carliolen diocesis per mortem naturalem ultimi et immediati Rectoris et incumbentis eiusdem iam vacantem Ad quam prememoratus Iacobus Warcoppe generosus ipsius ecclesie verus et indubitatus (ut dicitur) Patronus nobis presentavit iuxta tenorem et effectum Brevis Regii predicti te admittimus Cum primitus de canonica obediencia venerabili Confratri nostro domino Owino Carliolen Episcopo moderno eiusque Successoribus Carliolen Episcopis pro tempore existentibus in omnibus licitis et canonicis mandatis per te prestando et exhibendo ad sancta dei Evangelia iurato Rectorem instituimus et investimus canonice in et de eadem cum suis iuribus et pertinentiis universis Curam et Regimen animarum parrochianorum ibidem tibi in domino committentes et committimus Iuribus nostris Archiepiscopalibus et ecclesie nostre metropolitice Christi Cantuarien Necnon ecclesie Cathedralis beate Marie Carliolen predicte dignitate et honore in omnibus semper salvis **In Cuius** rei testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus Dat in Manerio nostro de Lambehith Wintonien diocesis Septimo die mensis Ianuarii Anno domini iuxta computacionem ecclesie Anglicane 1557 Et nostre Consecracionis Anno Secundo

Shoreham vicarie Institucio

Decimo tertio die mensis Ianuarii Anno domini iuxta computacionem ecclesie Anglicane Millesimo quingentesimo quinquagesimo Septimo dominus admisit Ricardum Hill presbiterum in artibus Bacchalaurium ad vicariam perpetuam ecclesie parrochialis de Shoreham Decanatus de Shoreham ecclesie Christi Cantuarien iurisdictionis immediate per liberam et spontaneam resignacionem Iohannis Colet ultimi et immediati vicarii et incumbentis ibidem vacantem Ad quam per venerabiles et religiosos viros Abbatem et Conventum peculiaris et exempte iurisdictionis divi Petri Westmonasterii ad Romanam Curiam nullo medio pertinentes dicte vicarie patronos veros et indubitatos (ut dicitur) patronos nobis presentatus extitit Ipsumque vicarium perpetuum instituit canonice et investivit in et de eadem cum suis iuribus et pertinentiis universis Curamque et Regimen animarum etc ei in domino commisit Iuribus Archiepiscopalibus etc et ecclesie Christi Cant dignitate et honore semper salvis Ac recepto ab eodem Ricardo Hill iuramento de continue et personaliter residendo etc ac de canonica obediencia etc Scriptum fuit Decano Decanatus de Shoreham seu eius deputato Necnon universis et singulis Rectoribus etc pro ipsius induccione etc

Childwitte Vicarie Institutio

Decimo quinto die mensis Januarii Anno Domini iuxta computationem ecclesie anglicane Millesimo quingentesimo quinquagesimo septimo dictus admisit Edwardum Leke presbiterum ad Vicariam perpetuam ecclesie Parrochialis de Childwitte Cantuariensis diocesis et iurisdictionis per deprivationem et destitutionem Henrici Bradkirke ultimi et immediati Vicarii et incumbentis eiusdem vacantem Ad quam per venerabiles viros decanum et Capitulum ecclesie cathedralis et metropolitice Christi Cantuariensis dicte Vicarie perpetue veros et indubitatos (ut dicitur) Patronos dicto domino presentatus extitit ipsumque Vicarium perpetuum eiusdem ac in et de eadem instituit canonice et investivit cum suis iuribus et pertinentiis universis Curamque et regimen animarum etc ei in domino commisit iuribus Archidiaconalibus etc et ecclesie metropolitice Christi Cantuariensis dignitate et honore in omnibus semper salvis Et recepto ab eodem Edwardo iuramento de continue et personaliter residendo etc ac de canonica obedientia etc prestita per eundem iura animarum etc Scriptum fuit Archidiacono Cantuariensi seu eius Officiali pro ipsius inductione etc

Institutio ecclesie de Wilden Lincolniensis diocesis

Reginaldus miseratione divina tituli Sancte Marie in Cosmedin Sancte Romane ecclesie presbiter Cardinalis Polus Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie Primas et apostolice Sedis legatus natus **dilecto** nobis in Christo filio Georgio Nasshe presbitero Salutem graciam et benedictionem **Breve** serenissimorum in Christo Principum dominorum nostrorum Philippi et Marie dei gratia Anglie Regum nobis inscriptum et directum nuper recepimus sub eo qui sequitur verborum tenore **Philippus** et Maria dei gratia Rex et Regina Anglie Hispaniarum Francie utriusque Sicilie Jerusalem et Hibernie fidei defensores Archiduces Austrie duces Burgundie Mediolani et Brabantie Comites Hasburgi Flandrie et Tirolis Reverendissimo in Christo patri Reginaldo Polo Cardinali Cantuariensi Archiepiscopo totius Anglie Primati et apostolice Sedis legato ecclesie de Wilden alias Welden in diocesis Lincolniensis metropolitano Salutem Sciatis quod Thomas Curye Armiger recuperavit presentationem suam versus Johannem Episcopum Lincolniensem Hugonem Burrowes Edmundum Pyke et Ricardum Kynge Clericum ad ecclesiam de Wilden alias Welden in Comitatu Bedford diocesis Lincolniensis vacantem et ad suam spectantem donationem videlicet versus prefatos Johannem et Hugonem in Curia nostra Coram Justiciariis nostris apud Westmonasterium et versus prefatos Edmundum et Ricardum Kyng in Curia nostra coram Justiciariis nostris ad assisas in Comitatu Bedford capiendas assignatis per formam Statuti inde editi et provisi per breve nostrum de ne admittas prout in predicta Curia nostra Coram Justiciariis nostris apud Westmonasterium constat de recordo Unde idem Thomas breve nostrum de quare impedit in eadem Curia nostra coram Justiciariis nostris apud Westmonasterium alias habuit versus eos Et ideo vobis mandamus quod non obstante reclamatione predictorum Episcopi Hugonis Edmundi et Ricardi licet idem Ricardus ad ecclesiam predictam admissus institutus et inductus fuerit ipsum Ricardum ab eadem ecclesia amoveatis et idoneam personam ad presentationem predicti Thome admittatis T[este] Roberto Broke apud Westmonasterium nono die Octobris Annis Regnorum nostrorum quarto et quinto **Ad** quam igitur ecclesiam Parrochialem de Wilden alias Welden predictam per mortem naturalem Ricardi Kyrbye ultimi Rectoris et incumbentis eiusdem iam vacantem Ad quam per prenominatum Thomam Curye Armigerum eiusdem ecclesie verum et indubitatum patronum nobis presentatus existis te admittimus Ac de canonica obedientia nobis et successoribus nostris et Episcopo Lincolniensi pro tempore existenti in omnibus licitis et canonicis mandatis per te prestanda et exhibenda ad sancta dei Evangelia in persona magistri Willelmi Cox Notarii publici Procuratoris tui in hac parte legitime constituti iuramento recepto instituimus et investimus canonice in et de eadem cum suis iuribus et pertinentiis universis Curam et regimen animarum Parrochianorum ibidem tibi in persona dicti Procuratoris tui in domino committentes Iuribus nostris Archiepiscopalibus et ecclesie nostre metropolitice Christi Cantuariensis Necnon ecclesie cathedralis beate Marie Lincolniensis Iuribus dignitatibus et honoribus in omnibus semper salvis **In cuius** rei Testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus Datum in Manerio nostro de Lambehith Wintoniensis diocesis decimo quinto die mensis Januarii Anno Domini iuxta computationem ecclesie Anglicane 1557 et nostre consecrationis Anno secundo

Darnethe Vicarie Institutio

Vicesimo septimo die mensis Januarii Anno Domini iuxta Computationem ecclesie anglicane 1557 dictus admisit magistrum Johannem Comberlay in legibus Baccalaureum ad Vicariam perpetuam ecclesie Parrochialis de Darnethe decanatus de Shorham dicti domini Cantuariensis iurisdictionis immediate certo modo de iure iam vacantem Ad quam per venerabiles viros dominos decanum et Capitulum ecclesie cathedralis Christi et beate Marie virginis Roffensis dicte Vicarie perpetue veros et indubitatos (ut dicitur) patronos dicto domino presentatus extitit ipsumque Vicarium perpetuum eiusdem ac in et de eadem instituit canonice et investivit cum suis iuribus et pertinentiis universis Curamque et regimen animarum etc ei in domino commisit etc

Iuribus Archiepalibus ac et ecclie metropoliticae Xpi Cantuarien dignitatibus et honore in
omnibus semper salvis. Et recepto ab eodem magistro Johe Conway turamento de continuo
et personali residendo &c ac de canonica obediencia &c et acceptata per eum Cura animarum &c scriptum
fuit decano decanatus de Charyng seu eius deputato iuxta ipsius Institucionis et stylum
&c pro ipsius inductione &c

Vicesimo nono die Mensis Januarii Anno dni iuxta computacionem ecclie
Anglicane Millesimo quingentesimo quinquagesimo septimo dns admisit Johem Harvet pbrum
ad Vicariam perpetuam ecclie parochialis de Borden Cantuarien dioc et iurisdictionis
per liberam et spontaneam Resignationem dni Johis Deverose ultimi et immediati Vicarii
et incumbentis in eadem vacan ad quam per Willelmum Butte generosum dne Vicarie
perpetue racione concessionis advocationis iuris patronatus eiusdem per dnam Margaretam
Forster viduam sibi facte et concesse verum et indubitatum hac vice (ut dicitur) patronum eiusdem
dno presentatus extitit ipsumque Vicarium perpetuum eiusdem ac in et de eadem instituit canonice
et investivit cum suis iuribus et pertinentiis universis Curamque et Regimen animarum &c ei in
dno commisit Iuribus Archiepalibus ac et ecclie metropoliticae Xpi Cantuarien dig-
nitate et honore in omnibus semper salvis. Et recepto ab eodem Johe Harvet turamento de
continuo et personali residendo &c ac de canonica obedientia &c Et acceptata per eum Cura
animarum &c scriptum fuit Archino Cantuarien seu eius Officiali pro ipsius inductione &c

Ultimo die Mensis Januarii Anno dni iuxta computacionem ecclie Anglicane 1557
Reverendissimus contulit Johi Carson pbro Vicariam perpetuam ecclie parochialis de
Eastry Cantuarien dioc et iurisdictionis per liberam et spontaneam Resignationem magri
Roberti Hill ultimi Vicarii et incumbentis in eadem in manus dicti Reverendissimi factam
et per ipsum admissam vacan et ad Collationem suam pleno iure spectan ipsumque Vicarium
perpetuum prestito primitus iuramento de continuo et personali residendo in eadem Vicaria
perpetua iuxta Constitutiones legatinas in ea parte editas et provisas ac de canonica
obedientia &c necnon etiam de bene et fideliter persolvendo quamdam pensionem annuam decem librarum
cum fructibus decimis et oblationibus dicte Vicarie perpetue prefato magro Roberto
Hill durante vita sua naturali pro sustentacione sua per dictum
Reverendissimum patrem et eius auctoritate assignatam et limitatam ad sancta dei Evangelia rite iurato
instituit canonice et investivit cum suis iuribus et pertinentiis universis Curamque et Regimen
animarum &c ei in dno commisit Iuribus Archiepalibus ac et ecclie metropoliticae Xpi
Cantuarien dignitate et honore semper salvis. Et scriptum fuit Commissario generali
Civitatis et dioc Cantuarien seu eius deputato pro ipsius inductione &c

Decimo die Mensis Februarii Anno dni iuxta computacionem ecclie Anglicane 1557
dns contulit Thome Gryffith pbro Ecclesiam parochialem bte marie in Marisco
Cantuarien dioc et iurisdictionis per mortem naturalem Willelmi Mason clerici ultimi
et immediati Rectoris et incumbentis eiusdem vacan et ad Collationem dni pleno iure
spectan ipsumque Rectorem eiusdem ac in et de eadem primitus de canonica obedientia &c
in persona Johis Turnet notarii publici procuratoris sui in hac parte legitime constituti
rite iurato instituit canonice et investivit cum suis iuribus et pertinentiis universis
Curamque et Regimen animarum &c ei in dno commisit Iuribus Archiepalibus ac semper
salvis. Et scriptum fuit Commissario generali Civitatis et dioc Cantuarien
seu eius deputato pro ipsius inductione &c

Decimo quarto die Mensis Februarii Anno dni predicto dns contulit ma-
gistro Roberto Glasmond pbro Canonicatum et Prebendam de Gillingham minore in eccle-
sia cathedrali bte marie Exon per mortem naturalem Johis Ayre ultimi Canonici et prebenda-
rii eorundem vacan et ad Collationem dni iure ad eum rite devoluto racione lapsus
temporis hac vice spectan ipsumque Canonicum et prebendarium eorundem primitus de
canonica obedientia &c ac de observando Statuta laudabilesque et approbatas consue-
tudines ecclie cathedralis Exon predicte quatenus ipsum racione Canonicatus et
prebende huiusmodi concernunt ad sancta dei Evangelia in persona Johis Cholmeley
generosi procuratoris sui in hac parte legitime constituti rite iurato instituit canonice
et investivit cum suis iuribus et pertinentiis universis Stallumque in Choro et locum in
Capitulo ecclie cathedralis bte marie Exon predicte eisdem Canonicatui et prebende ab
antiquo assignari solitos et consuetos eidem magistro Roberto assignavit et limitavit Iuri-
bus Archiepalibus ac et ecclie metropoliticae Xpi Cantuarien necnon ecclie cathedralis
Exon dignitatibus et honoribus in omnibus semper salvis. Et scriptum fuit decano et
Capitulo ecclie cathedralis Exon predicte seu eorum presidenti pro ipsius inductione et installacione &c

Borden Vicarie Institucio

Eastry Vicarie Collatio

Ecclie bte marie in Marisco Collatio

Collatio prebende de Gillingham minor in ecclia cath Exon iure devoluto

Hope ecclie Institucio

Vicesimo Secundo die Mensis Februarij Anno dni iuxta Computacionem ecclie Anglicane Millimo quingen° quinquagesimo Septimo Dnus admisit Thomam Sandyn Pbrum ad Eccliam parrochialem omnium Sanctorum de Hope Cantuarien dioc et Iurisdictionis per mortem naturalem Willmi Mason vltimi Rectoris et incumbentis eiusdem vacan Ad quam per serenissimos in xpo Principes Philippum et Mariam dei gra Anglie Reges ipsius ecclie veros et indubitatos (vt dicitur) Patronos dno presentatus extitit Ipsumque Rectorem eiusdem ac in et de eadem cum instituit canonice et investivit cum suis Iuribus et ptinen vniuersis Curamque et regimen animarum etc ei in dno commisit Iuribus Archiepalibus etc et ecclie metropolitice xpi Cantuarien dignitate et honore in omnibus semper salvis Ac recepto ab eodem Thoma Sandyn Iuramento de canonica obia etc Et acceptata Cura etc Scriptum fuit Archino Cantuarien seu eius Officiali pro ipsius induccione etc

Lre dimissor pro Briano Haywarde

Reginaldus miseratione divina tituli Ste Marie in Cosmedin Sancte Romane ecclie Pbr Cardinalis Polus Cantuarien Archiepus totius Anglie Primas et aplice Sedis Legatus natus, **dilecto** nobis in xpo Briano Hayward in dioc nra Cantuarien commoranti Salutem gratiam et ben. Vt a quocumque Epo catholico gratiam et Comunionem aplice Sedis et Officij sui execucionem obtinente tibique sacras manus imponere volente ad omnes tam minores quam sacros ordines quos nondum es assecutus licite valeas promoveri (Dummodo etate moribus natalibus et literatura repertus fueris idoneus Titulumque Ordinatori tuo in ea parte sufficientem exhibueris ac aliud canonicum non obsistat impedimentum) tam eidem antistiti huiusmodi ordines conferendi quam tibi eosdem recipiendi plenam et liberam tenore presentium concedimus facultatem In cuius rei testimonium Sigillum nrum presentibus apponi fecimus. Dat in manerio nro de Lambhithe Wintonien dioc quarto die mensis Marcij Anno dni iuxta computacionem ecclie Anglicane Millimo quingen° quinquagesimo Septimo.

Addisham ecclie Collatio

Duodecimo die Mensis Marcij Anno dni predicto Dnus contulit Willmo Deacon Pbro Eccliam parrochialem de Addisham Cantuarien dioc et Iurisdictionis per mortem naturalem bone memorie dni Ricardi Thornden nuper Epi suffraganei Dovor vltimi et immediate Rectoris sive Commendatarij eiusdem vacan et ad Collacionem dni pleno iure spectan Ipsumque Rectorem eiusdem ac in et de eadem instituit canonice et investivit cum suis Iuribus et ptinen vniuersis Curamque et regimen animarum etc eidem Willmo in dno commisit Iuribus Archiepalibus etc et ecclie metropolitice xpi Cantuarien dignitate et honore in omnibus semper salvis. Ac recepto ab eodem Willmo Deacon Iuramento de canonica obia etc et acceptata per eum Cura animarum etc Scriptum fuit Commissario generali Civitatis et dioc Cantuarien seu eius deputato pro ipsius induccione etc

Collatio Canonicatus et prime pbende in ecclia Xpi Cantuarien

Decimo tercio die Mensis Marcij Anno dni iuxta computacionem ecclie Anglicane Millimo quingen° quinquagesimo septimo Dnus contulit magro Georgio Lylly Clerico Capellano familiari et domestico suo Canonicatum in ecclia sua cathedrali et metropolitica xpi Cantuarien ac primam Prebendam in eadem per mortem naturalem bone memorie dni Ricardi Thornden nuper Epi suffraganei Dovor vltimi Canonici et prebendarij eorundem vacan et ad Collacionem dni pleno iure spectan Ipsumque Canonicum et Prebendarium eorundem ac in et de eisdem instituit canonice et investivit cum suis Iuribus et ptinen vniuersis Stallumque in Choro et locum in Capitulo etc eidem magro Georgio assignavit et limitavit Iuribus Archiepalibus etc et ecclie cathedralis et metropolitice xpi Cant dignitate et honore in omnibus semper salvis. Et recepto ab eodem magro Georgio Iuramento de canonica obia etc Ac de observando Statuta et laudabiles Consuetudines ecclie metropolitice xpi Cant quatenus eum concernunt etc Scriptum fuit Decano et Capitulo dicte ecclie metropolitice xpi Cantuarien predict seu eorum vicesgerenti pro ipsius induccione etc

Lydde Vicarie Collatio

Decimo quarto die Mensis Marcij Anno dni predicto Dnus contulit magro Roberto Hill Pbro Artium magro Vicariam perpetuam ecclie parrochialis de Lydde Cant dioc et Iurisdictionis per mortem naturalem bone memorie dni Ricardi Thornden nuper Epi suffraganei Dovor vltimi Vicarij sive Commendatarij eiusdem vacan et ad Collacionem dni pleno iure spectan Ipsumque Vicarium perpetuum eiusdem ac in et de eadem in persona Roberti Furent notarij procuratoris sui in hac parte legitime constituti instituit canonice et investivit in et de eadem cum suis Iuribus et ptinen vniuersis Curamque et regimen animarum etc ei in dno commisit Iuribus Archiepalibus etc et ecclie metropolitice xpi Cantuarien dignitate et honore in omnibus semper salvis. Ac recepto ab eodem Procuratore Iuramento de canonica obia etc ac de continue et personaliter residendo etc Et acceptata Cura etc Scriptum fuit Commissario generali Civit et dioc Cantuar seu eius deputato pro ipsius induccione etc

Leysdowne Vicarie Institutio

Decimo quinto die Mensis Marcij Anno domini iuxta computationem ecclesie Anglicane 1557 dominus admisit Johannem Sherebe presbiterum ad Vicariam perpetuam ecclesie parrochialis de Leysdowne Cantuariensis diocesis et Iurisdictionis per mortem naturalem domini Roberti Gate ultimi et immediati Vicarij et incumbentis in eadem vacantem Ad quam per Thomam Percy et Thomam Lygham executores Testamenti et ultime voluntatis Petri Lygham legum doctoris defuncti dicte Vicarie perpetue Ratione cuiusdam Advocationis Iurispatronatus eiusdem per nuper Abbatem et Conventum exempti Monasterij Sancte Radegundis Cantuariensis diocesis prefato Petro Lygham et aliis concesse in eadem nominatis etc et dictis ... veros et indubitatos hac vice (ut dicebatur) patronos domino presentatus extitit Ipsumque Vicarium perpetuum eiusdem ac in et de eadem Primitus de continuo et personali residendo etc ac de canonica obedientia etc ad sancta dei Evangelia in persona Christoferi Hawke clerici procuratoris sui in hac parte legitime constituti iuratum instituit canonice et investivit cum suis Iuribus et pertinentiis universis Curamque et Regimen animarum etc ei in domino in persona dicti procuratoris sui commisit Iuribus Archiepiscopalibus etc et ecclesie Christi et metropolitice Christi Cantuariensis dignitate et honore in omnibus semper salvis Et scriptum fuit Archidiacono Cantuariensi seu eius Officiali pro ipsius inductione etc

Rodmersham Vicarie Institutio

Decimo Septimo die Mensis Marcij Anno domini predicto dominus admisit Robertum Halman clericum ad Vicariam perpetuam ecclesie parrochialis de Rodmersham Cantuariensis diocesis et Iurisdictionis per mortem naturalem Thome Collinson clerici ultimi et immediati Vicarij et incumbentis in eadem vacantem Ad quam per Johannem Dodge generosum dicte Vicarie perpetue verum et indubitatum (ut dicitur) patronum domino presentatus extitit Ipsumque Vicarium perpetuum eiusdem ac in et de eadem instituit canonice et investivit cum suis Iuribus et pertinentiis universis Curamque et Regimen animarum etc ei in domino commisit Iuribus Archiepiscopalibus etc et ecclesie metropolitice Christi Cantuariensis dignitate et honore in omnibus semper salvis Ac recepto ab eodem Roberto Halman Iuramento de canonica obedientia etc ac de continuo et personali residendo etc et acceptata per eundem Robertum Halman Cura animarum etc Et scriptum fuit Archidiacono Cantuariensi seu eius Officiali pro ipsius inductione etc

Wrotham Rectorie Collatio

Vicesimo primo die Mensis Marcij Anno domini predicto dominus contulit Reverendo patri domino Thome Chetham episcopo suffraganeo Sidonensi Rectoriam parrochialem de Wrotham decanatus de Shorham ecclesie Christi Cantuariensis Iurisdictionis immediate per mortem naturalem domini Richardi Thornden nuper episcopi suffraganei Dovorensis ultimi et immediati Rectoris et incumbentis eiusdem vacantem et ad Collationem domini pleno iure spectantem Ipsumque Rectorem eiusdem ac in et de eadem instituit canonice et investivit cum suis Iuribus et pertinentiis universis Curamque et Regimen animarum etc per Vicarium perpetuum ibidem exercendam ei in domino commisit Iuribus Archiepiscopalibus etc et ecclesie metropolitice Christi Cantuariensis dignitate et honore in omnibus semper salvis Ac recepto ab eodem Reverendo pro Iuramento de canonica obedientia etc Et acceptata Cura animarum etc Et scriptum fuit Decano decanatus de Shorham seu eius deputato pro ipsius inductione etc

Bisshoppesbourne Rectorie Collatio

Vicesimo quarto die Mensis Marcij Anno domini predicto dominus contulit magistro Nicholao Harpesfeld legum doctori ecclesiam parrochialem de Bisshoppesbourne Cantuariensis diocesis et Iurisdictionis per mortem naturalem domini Richardi Thornden nuper episcopi suffraganei Dovorensis ultimi et immediati Rectoris et incumbentis ibidem vacantem et ad Collationem domini pleno iure spectantem Ipsumque Rectorem eiusdem ac in et de eadem instituit canonice et investivit cum suis Iuribus et pertinentiis universis Curam et Regimen animarum etc ei in domino commisit Iuribus Archiepiscopalibus etc et ecclesie metropolitice Christi Cantuariensis dignitate et honore in omnibus semper salvis Ac recepto ab eodem magistro Nicholao Iuramento de canonica obedientia etc Et acceptata per eundem Cura animarum etc Et scriptum fuit Commissario generali Civitatis et diocesis Cantuariensis seu eius deputato pro ipsius inductione etc

Cowdene Rectorie Collatio

Vicesimo quarto die Mensis Marcij Anno domini predicto dominus contulit magistro Willelmo Petrose in Artibus Bacallario ecclesiam parrochialem de Cowdene decanatus de Shorham dicte ecclesie Christi Cantuariensis Iurisdictionis immediate per mortem naturalem magistri Thome Poultone ultimi et immediati Rectoris et incumbentis eiusdem vacantem et ad Collationem domini pleno iure spectantem Ipsumque Rectorem eiusdem ac in et de eadem instituit canonice et investivit cum suis Iuribus et pertinentiis universis Curamque et Regimen animarum etc ei in domino commisit Iuribus Archiepiscopalibus etc et ecclesie metropolitice Christi Cantuariensis dignitate et honore in omnibus semper salvis Et recepto ab eodem magistro Willelmo Cura animarum etc et acceptata per eundem Cura animarum etc Et scriptum fuit Decano decanatus de Shorham seu eius deputato pro ipsius inductione etc

Wrotham Vicarie Collatio

Eodem die dominus contulit eidem magistro Willelmo Petrose Vicariam perpetuam ecclesie parrochialem de Wrotham decanatus de Shorham dicte ecclesie Christi Cantuariensis jurisdictionis immediate per mortem naturalem magistri Thome Pelland ultimi vicarii et incumbentis in eadem vacantem et ad collationem domini pleno jure spectantem, ipsumque vicarium perpetuum eiusdem ac in et de eadem instituit canonice et investivit cum suis juribus et pertinentiis universis, Curamque et regimen animarum etc. sibi in domino commisit, juribus archiepiscopalibus etc. et dicte metropolitice ecclesie Cant. dignitate et honore in omnibus semper salvis. Ac recepto ab eodem magistro Willelmo juramento de continue et personaliter residendo etc. et de canonica obedientia etc. et acceptata per eum cura animarum etc. Scriptum fuit Decano decanatus de Shorham seu eius deputato, Rectoribus, vicariis et singulis Capellanis curatis etc. pro ipsius inductione etc.

Charte magna
dictis Collatio

Secundo die mensis Aprilis Anno domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo octavo dictus contulit magistro Johanni Knight presbitero Artium magistro Capellano domestico et familiari suo Ecclesiam parrochialem de Charte magna Cantuariensis diocesis et jurisdictionis per mortem naturalem domini Ricardi Thornden nuper episcopi suffraganei Dovor ultimi Rectoris et incumbentis eiusdem vacantem et ad collationem domini pleno jure spectantem, ipsumque Rectorem eiusdem ac in et de eadem instituit canonice et investivit cum suis juribus et pertinentiis universis, Curamque et regimen animarum etc. sibi in domino commisit, juribus archiepiscopalibus etc. et dicte metropolitice ecclesie Cantuariensis dignitate et honore in omnibus semper salvis. Ac recepto ab eodem magistro Johanne Knight juramento de canonica obedientia etc. et acceptata per eum Cura animarum etc. Scriptum fuit Commissario generali Civitatis et diocesis Cantuariensis seu eius deputato pro ipsius inductione etc.

Chevening dicte
Collatio

Nono die mensis Maii Anno domini predicto dictus contulit Petro Lucas presbitero Ecclesiam parrochialem de Chevening decanatus de Shorham dicte ecclesie Cantuariensis jurisdictionis immediate per mortem naturalem Willelmi George ultimi Rectoris eiusdem vacantem et ad Collationem domini pleno jure spectantem, ipsumque Rectorem eiusdem ac in et de eadem instituit canonice et investivit in persona magistri Christofori Clerke notarii publici procuratoris sui in hac parte legitime constituti cum suis juribus et pertinentiis universis, Curamque et regimen animarum etc. sibi in persona dicti procuratoris sui in domino commisit, juribus archiepiscopalibus etc. et dicte metropolitice ecclesie Cantuariensis dignitate et honore in omnibus semper salvis. Ac recepto ab eodem Petro in persona dicti procuratoris juramento de canonica obedientia etc. Scriptum fuit decano decanatus de Shorham seu eius deputato, Rectoribus, vicariis et singulis etc. pro ipsius inductione etc.

Lenham vicarie
Institutio

Ultimo die mensis Aprilis Anno domini predicto dictus admisit Willelmum Forster presbiterum ad vicariam perpetuam dicte ecclesie parrochialis de Lenham Cantuariensis diocesis et jurisdictionis per mortem naturalem Edwardi Elam ultimi vicarii et incumbentis in eadem vacantem, ad quam per dominum Anthonium Sentleger preclari Ordinis Garterii Militem dicte vicarie perpetue verum et indubitatum (ut dicebatur) patronum dicto prelato extitit presentatus, ipsumque vicarium perpetuum eiusdem ac in et de eadem cum suis juribus et pertinentiis universis, Curamque et regimen animarum etc. sibi in domino commisit, juribus archiepiscopalibus etc. et dicte metropolitice ecclesie Cantuariensis dignitate et honore in omnibus semper salvis. Ac recepto ab eodem Willelmo Forster juramento de canonica obedientia etc. ac de continue et personaliter residendo etc. et acceptata per eum Cura animarum etc. Scriptum fuit Archidiacono Cantuariensi seu eius Officiali pro ipsius inductione etc.

Smerden dicte
Collatio

Decimo die mensis Maii Anno domini predicto dictus contulit Roberto Halsall presbitero Ecclesiam parrochialem de Smerden Cantuariensis diocesis et jurisdictionis per mortem naturalem Georgii Bydon clerici ultimi incumbentis eiusdem vacantem et ad Collationem domini pleno jure spectantem, ipsumque Rectorem eiusdem ac in et de eadem in persona Edmundi Brindwell notarii publici procuratoris sui in hac parte legitime constituti instituit canonice et investivit cum suis juribus et pertinentiis universis, Curamque et regimen animarum etc. sibi in domino commisit, juribus archiepiscopalibus etc. et dicte metropolitice ecclesie Cantuariensis dignitate et honore in omnibus semper salvis. Ac prestito juramento per eundem Edmundum Brindwell nomine procuratorio quo supra de canonica obedientia etc. Scriptum fuit Commissario generali Civitatis et diocesis Cantuariensis seu eius deputato pro ipsius inductione etc.

Newington dicte
~~Institutio~~
Collatio

Eodem die dictus admisit Griffinum Morgan presbiterum ad Ecclesiam parrochialem de Newington decanatus de Croydon dicte ecclesie Cantuariensis jurisdictionis immediate per liberam et spontaneam resignationem Roberti Crane clerici ultimi Rectoris et incumbentis eiusdem vacantem et ad Collationem domini pleno jure spectantem, ipsumque Rectorem eiusdem ac in et de eadem instituit canonice et investivit cum suis juribus et pertinentiis universis, Curamque et regimen animarum etc.

ei in domino commisit, juribus Archiepiscopalibus &c et ecclesie metropolitice Christi Cantuariensis dignitate et honore in omnibus semper salvis. Et recepto ab eodem Griffino Morgan juramento de canonica obedientia &c. Et acceptata per eum cura animarum &c. scriptum fuit decano decanatus de Croydon seu eius deputato Meriton conjunctim et singulis &c pro ipsius inductione &c.

Institutio vicarie ecclesie Sancti Pauli extra Muros Cantuarie

Decimo die mensis Maij Anno domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo octavo dominus admisit Willelmum Blossome presbiterum ad vicariam perpetuam ecclesie parochialis Sancti Pauli extra Muros Civitatis Cantuariensis, per mortem naturalem Roberti Clerke ultimi vicarij et incumbentis in eadem vacantem, Ad quam per venerabiles viros Decanum et Capitulum ecclesie Cathedralis et metropolitice Christi Cantuariensis dicte vicarie perpetue veros et indubitatos eiusdem patronos domino presentatus extitit, Ipsumque vicarium perpetuum eiusdem ac in et de eadem, prestito per eum de continue et personaliter residendo &c ac de canonica obedientia &c ac ad sancta dei Evangelia in persona Thome Cranmer clerici procuratoris sui in hac parte legitime constituti vice sua jurato instituit canonice et investivit cum suis juribus et pertinentiis universis Curamque et regimen animarum &c ei in domino commisit, juribus Archiepiscopalibus &c et ecclesie metropolitice Christi Cantuariensis dignitate et honore in omnibus semper salvis. Et scriptum fuit Archidiacono Cantuariensi seu eius Officiali pro ipsius inductione &c.

Sundrich ecclesie Collatio

Vicesimo primo die mensis Maij Anno domini predicto dominus contulit magistro Willelmo Churbane presbitero ecclesiam parochialem de Sundrich decanatus de Shorham ecclesie Christi Cantuariensis jurisdictionis immediate per liberam et spontaneam resignationem magistri Willelmi Petrose ultimi et immediati rectoris et incumbentis eiusdem in manibus domini factam et per ipsum admissam vacantem et ad collationem domini pleno jure spectantem, Ipsumque rectorem eiusdem ac in et de eadem instituit canonice et investivit cum suis juribus et pertinentiis universis, Curamque et regimen animarum &c ei in domino commisit, juribus Archiepiscopalibus &c et ecclesie metropolitice Christi Cantuariensis dignitate et honore in omnibus semper salvis. Et recepto ab eodem Willelmo Churbane juramento de canonica obedientia &c. Et acceptata per eum cura animarum &c scriptum fuit decano decanatus de Shorham seu eius deputato Aldrino conjunctim et singulis &c pro ipsius inductione &c.

Wrotham vicarie Collatio

Eodem die dominus contulit eidem magistro Willelmo Churbane vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Wrotham decanatus de Shorham ecclesie Christi Cantuariensis jurisdictionis immediate per liberam et spontaneam resignationem magistri Willelmi Petrose ultimi et immediati vicarij et incumbentis in eadem vacantem et ad collationem domini pleno jure spectantem, Ipsumque vicarium perpetuum eiusdem ac in et de eadem instituit canonice et investivit cum suis juribus et pertinentiis universis, Curamque et regimen animarum &c ei in domino commisit, juribus Archiepiscopalibus &c et ecclesie metropolitice Christi Cantuariensis dignitate et honore in omnibus semper salvis. Ac recepto ab eodem magistro Willelmo juramento de continue et personaliter residendo &c et de canonica obedientia &c. Et acceptata per eum cura animarum &c scriptum fuit decano decanatus de Shorham seu eius deputato pro ipsius inductione &c.

Pettingbourne vicarie Institutio

Septimo die mensis Junij Anno domini predicto dominus admisit Thomam Burges clericum artium magistrum ad vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Pettingbourne Cantuariensis diocesis et jurisdictionis per mortem naturalem Christoferi Richardson clerici ultimi et immediati vicarij et incumbentis in eadem vacantem, Ad quam per serenissimos in Christo principes Philippum et Mariam dei gratia Anglie Reges &c dicte vicarie perpetue veros et indubitatos patronos domino presentatus extitit, Ipsumque vicarium perpetuum eiusdem ac in et de eadem instituit canonice et investivit cum suis juribus et pertinentiis universis, Curamque et regimen animarum &c ei in domino commisit, juribus Archiepiscopalibus &c et ecclesie Christi Cantuariensis dignitate et honore semper salvis. Et recepto ab eodem Thoma juramento de continue et personaliter residendo &c ac de canonica obedientia &c, et acceptata per eum cura animarum &c. scriptum fuit Archidiacono Cantuariensi seu eius Officiali pro ipsius inductione &c.

Collatio vicarie de nova Romney jure devoluto

Vicesimo quinto die mensis Junij Anno domini predicto dominus contulit Ricardo Passhe presbitero vicariam perpetuam ecclesie parochialis de nova Romney Cantuariensis diocesis et jurisdictionis per mortem naturalem Roberti Crosse ultimi vicarij et incumbentis in eadem vacantem et ad collationem domini jure ad eum hac vice devoluto ratione lapsus temporis hac vice spectantem, Ipsumque vicarium perpetuum eiusdem ac in et de eadem instituit canonice et investivit cum suis juribus et pertinentiis universis, Curamque et regimen animarum &c ei in domino commisit, juribus Archiepiscopalibus &c et ecclesie Christi Cantuariensis dignitate et honore semper salvis. Et recepto ab eodem Ricardo juramento de canonica obedientia &c et de continue et personaliter residendo &c, et acceptata cura &c scriptum fuit Commissario generali Civitatis et diocesis Cantuariensis seu eius deputato pro ipsius inductione &c.

Wrotham Rectorie
Collatio

Sexto die Mensis Julii Anno domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo octavo dominus contulit
magistro Henrico Cole legum doctori ecclesiam parrochialem de Wrotham decanatus de Shorham
ecclesie Christi Cantuariensis iurisdictionis immediate per mortem naturalem bone memorie domini Tho-
me Chetham nuper Sidonensis episcopi ultimi et immediati rectoris et incumbentis eiusdem vacantem et ad
Collationem domini pleno iure spectantem Ipsumque rectorem eiusdem ac in et de eadem instituit canonice
et investivit cum suis iuribus et pertinentiis universis Curamque et regimen animarum parochianorum predic-
tarum perpetue ibidem degentium ei in domino commisit Iuribus Archiepiscopalibus etc et ecclesie metropolitice
Christi Cantuariensis dignitate et honore in omnibus semper salvis Ac recepto ab eodem magistro
Henrico Cole iuramento de canonica obedientia etc Scriptum fuit decano decanatus de Shorham
seu eius deputato necnon omnibus et singulis etc pro ipsius inductione etc /

Ffarningham vicarie
Collatio

Sexto die Mensis Julii Anno domini predicto dominus contulit Iohanni Iames presbitero vicariam
perpetuam ecclesie parrochialis de Ffarningham decanatus de Shorham ecclesie Christi Cantua-
riensis iurisdictionis immediate per liberam et spontaneam resignationem Christoferi Wetherton ultimi
vicarii et incumbentis in eadem vacantem et ad Collationem domini pleno iure spectantem Ipsumque
vicarium perpetuum eiusdem ac in et de eadem instituit primitus de continuo et personaliter resi-
dendo etc ac de canonica obedientia etc ad sancta dei Evangelia in persona magistri Christoferi
Clerke Notarii publici procuratoris sui in hac parte legitime constituti rite iurato instituit canonice
et investivit cum suis iuribus et pertinentiis universis Curamque et regimen animarum etc ei in
domino commisit Iuribus Archiepiscopalibus etc et ecclesie metropolitice Christi Cantuariensis dignitate et
honore in omnibus semper salvis Et Scriptum fuit decano decanatus de Shorham seu eius
deputato necnon omnibus et singulis etc pro ipsius inductione etc /

Mandatum de electione
novi Custodis Collegii
animarum in Oxon

Reginaldus miseratione divina tituli Sancte Marie in Cosmedin Sancte Romane ecclesie
presbiter Cardinalis Polus Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie Primas et apostolice Sedis legatus
natus **Dilectis** nobis in Christo Subcustodi seu (eo absente) Seniori Socio ibidem ac aliis Sociis
Collegii animarum omnium fidelium defunctorum de Oxonia Salutem gratiam et benedictionem Cum
dilectus nobis in Christo magister Seth Hollandus presbiter Artium magister nuper dicti Collegii nostri
Custos Officium Custodie predicte expressis causis veris iustis et legitimis animum suum ut asseruit
in ea parte moventibus in manus nostras resignaverit et dimiserit eidemque cesserit atque ab
eodem totaliter et expresse recesserit Quasquidem resignationem cessionem et dimissionem Nos Regi-
naldus Cardinalis et Archiepiscopus antedictus auctoritate qua fungimur ad petitionem partis eiusdem
magistri Seth Holland admisimus Ac officium Custodie Collegii predicti vigore resignationis
huiusmodi vacare et vacuum esse ac de Custode idoneo destitutum decrevimus pronunciavimus et
declaravimus Ceteraque fecimus et peregimus que nobis in hac parte Ordinario officio incumbere
et pertinere dinoscuntur **Vobis** igitur vestrumque cuilibet per presentes significamus Officium Custodie
predicti Collegii modo premisso impresentiarum vacare Volentes et vobis omnibus et singulis man-
dantes Quatenus iuxta tenorem Statuti Collegii predicti formam Custodis in dicto Colle-
gio eligendi in se continentis cum ea qua poteritis matura celeritate ad electionem futuri
Custodis huiusmodi procedatis **In cuius** rei testimonium Sigillum nostrum presentibus appo-
ni fecimus Dat in Manerio nostro de Lambehith London diocesis nono die Mensis Iunii
Anno domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo octavo Et nostre Consecrationis Anno tertio /

Processus electionis
novi Custodis Collegii
animarum in Oxonia

Reverendissimo in Christo Patri et Domino domino **Reginaldo** miseratione divina
tituli Sancte Marie in Cosmedin Sancte Romane ecclesie presbitero Cardinali Polo Cantuariensi
Archiepiscopo totius Anglie Primati et apostolice Sedis legato nato / **Vestri** humiles et devoti
filii et Oratores Iohannes Emyley Vicecustos Collegii vestri animarum omnium fidelium defuncto-
rum de Oxonia et Socii perpetui eiusdem Collegii obedientiam et reverentiam huiusmodi tanto
reverendissimo patri debitas cum honore / **Literas** vestras Archipresul honoratissime cum ea
qua decuit reverentia accepimus Sigillo Archiepiscopali munitas ac roboratas / Quarum
quidem literarum principium huiusmodi fuit / Reginaldus miseratione divina tituli Sancte
Marie in Cosmedin Sancte Romane ecclesie ecclesie presbiter Cardinalis Polus Cantuariensis
Archiepiscopus totius Anglie Primas et apostolice Sedis legatus natus / Quibus sane diligenter
perlectis nobis aperte planeque constabat Quod egregius vir magister Seth Hollandus presbiter
artium magister nuper Custos huius Collegii vestri animarum omnium fidelium defunctorum predicti
officium suum Custodis eiusdem in reverendissimas manus vestras resignavit et dimisit
totumque ius suum ac titulum in eadem a se penitus abdicavit perpetuo Qua resignatione
per vestram celsitudinem acceptata ac deinde ad nos per predictas literas vestras missa vice-
custos nos et Socii nobis in domo nostra capitulari constitutis et congregatis undecimo die mensis
Iunii Anno domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo octavo literas reverendas predictas ac omnia alia

in eisdem comprehensa palam publice distincte et integre intimavit significavit et publicavit expresse Orbato itaque dignissimo Archipresule Collegio hoc vero Custode suo Nos omnes et singuli Socii antedicti in Universitate Oxon' presentes ex forma Statuti expectatis absentibus per quindecim dies a tempore destitucionis quod in dicto Collegio publicat' continue numeratos infra quatuor dies post dictos quindecim dies continue numeratos vicesimo septimo viz die dicti mensis Junii Anno domini predicto in Capella dicti Collegii que ad hoc pro domo capitulari deputatur collegialiter mane circa horam septimam per dictum Vicecustodem ob causam electionis futuri Custodis convocati convenimus, ubi exposita per Vicecustodem causa huiusmodi convocacionis sue, Scilicet pro electione futuri Custodis facienda, Antequam ad electionem huiusmodi Custodis ulterius processimus, pro Spiritus sancti gratia devocius invocanda missam de eodem Spiritu sancto fecimus inter nos coram et solempniter celebrari Qua decantata Vicecustos expeditus statim in communi Statutum de electione Custodis, formam huiusmodi electionis continens publice in presentia omnium Sociorum predictorum legit et consequenter ab omnibus et singulis Sociis predictis tactis per ipsos et ipsorum quemlibet sacrosanctis dei Evangeliis Juramentum secundum formam Statuti de electione Custodis exegit viz quod postpositis et cessantibus omnino amore favore, timore &c prout in dicto Statuto continetur duos, viz unum Artistam et alium Juristam iuxta Statuti formam eligerent in Custodem ut ex tenore dicti Statuti latius inferius patebit, Juraverunt insuper modo quo supra presentibus omnibus et singulis Sociis predictis, Edwardus Bayssha Artium magister et Ricardus Crewe in legibus Bacchalarius Ceteris Sociis in dicto Collegio in suis facultatibus seniores ad quos iuxta Statuta dicti Collegii in huiusmodi electionis negocio Scrutinium votorum Sociorum singulorum presentium pertinebat dicto Vicecustode eos onerante quod nullum procurarent seu procurari facerent verbo scripto &c prout in Statuto super hoc edito latius apparet Quorum Scrutatorum unus senior coram altero Conscrutatore suo assumente sibi alium dicti Collegii Socium post eos seniorem votum suum secrete emisit et in scriptis redegit Et sic modo consimili cum dicto prius seniore erat votum alterius Conscrutatoris emissum et in scriptis redactum Deinde vero iidem duo Scrutatores coram atque simul dicti prius senioris votum ac vota omnium et singulorum aliorum Sociorum tunc presentium incipiendo a senioribus secrete et sigillatim perscrutari et omnia in scriptis ipsis Scrutatoribus videntibus redigi fecerunt, et in presentia nominantium substantiali legerunt nominationes huiusmodi Quo quidem Scrutinio diligenter primo et iterata vice completo et finito Cum in duos egregios viros viz magistrum Johannem Pope utriusque Juris Bacchalaureum et magistrum Willelmum Tucker Artium magistrum extitit concordatum atque constabat dictis Scrutatoribus eosdem in dicto Scrutinio per maiorem partem Sociorum predictorum utriusque facultatis tam Artistarum quam Juristarum in dicta electione presentium nominari et eligi Idem magister Edwardus Bayssha senior Scrutatorum predictorum secundum Statuti exigentiam in presentia omnium Sociorum predictorum totum Scrutinium mox publicavit in communi votaque omnium et singulorum publice ex Scrutinio legit et pronunciavit Quibus omnibus et singulis sic peractis Vincentium Denne in legibus Bacchalaureum Collegii nostri predicti Socium per maiorem partem Sociorum predictorum tam Artistarum quam Juristarum ad tunc ibidem presentium nominatum ad dictos egregios viros sicut premittitur in Scrutinio predicto per nos nominatos et electos una cum literis electionis nostre predicte formam ac Statuti de electione Custodis Juramentique et prestitionis per donatorem electum in Custodem prestandi tenores plene continentibus Sigillo communi Collegii nostri predicti sigillatis vestre Reverendissime amplitudini presentandum transmittimus Quorum quidem Statuti et Juramenti tenores in hec verba sequuntur Inprimis siquidem cum dicta Universitas Oxon' Alumpnos suos quos tanquam fecunda mater parturivit ab uberibus igitur sapientie lacte nutrit Medium in philosophia Artibusque imbuat Demum etiam in Theologia que omnium Scientiarum merito magistra est Ac Juris Canonici et Civilis facultatibus que pro Regimine politico perquam utiles et necessarie sunt ab olim consueverat erudire Ut dictum Collegium quasi in eiusdem alme matris Gremio subsistere dinoscitur ad exemplum eius ut tanquam devota filia se componens etiam suos quos per dei graciam fertiles parturire conabitur in variis Scientiarum et facultatum dogmatibus erudiat et informet Statuimus ordinamus et volumus quod in dicto Collegio sint iuxta formam Statutorum infrascriptorum quadraginta Socii et Scolares dictis Scientiis et facultatibus iugiter insistentes quorum viginti quatuor Artes et Philosophiam sive Theologiam quos Artistas et sexdecim Jus canonicum vel civile quos Juristas appellari volumus audiant et diligenter addiscant iuxta modum et formam plenius per nos inferius describendam Ultra quorum numerum volumus quod semper unus sit Qui omnibus et singulis eiusdem Collegii Sociis et Scolaribus necnon Sacerdotibus et ministris aliisque quibuscumque in eodem Collegio degentibus preemineat atque presit eosdem secundum Regulas et Statuta inferius edita et imposterum per nos et successores nostros Cantuarienses Archiepiscopos edenda Statutis et Ordinationibus nostris nullatenus contraria seu aliquo modo repugnantia regat corrigat et gubernet qui perpetuus sit et Custos eiusdem Collegii vulgariter warden perpetuis nuncupetur vir bone conversacionis et honestus, ac in Scientia, bonisque moribus, et condicionibus approbatus, et in temporalibus atque spiritualibus districtius providus ac etiam circumspectus, Cuius nominationem, electionem atque perfectionem perpetuis futuris temporibus statuimus, ordinamus, et volumus debere fieri sub hac forma. Videlicet quod cedente decedente privato vel amoto dicti Collegii Custode quocumque qui nunc est vel in futurum erit aut eodem Collegio alias quovismodo Custode destituto omnes et singuli Socii perpetui status Collegii qui de numero dictorum quadraginta fuerint tunc in Universitate presentes non citatis absentibus sed solum expectatis per quindecim dies a tempore destitutionis huiusmodi in dicto Collegio publicate et note continue numerandos per Subcustodem eiusdem si presens fuerit aut eo absente vel impedito sic quod per eum agendis in hac parte negotiis nequeat interesse per Socium eiusdem Collegii ceteris presentibus seniorem in dicto Collegio in unum convocati infra quatuor dies post quindecim dies predictos continue numerandos in Capella dicti Collegii quam ad hoc pro domo Capitulari deputamus collegialiter mane circa horam septimam conveniant sibi exposita per Subcustodem aut Socium seniorem huiusmodi eos convocantem causa convocationis sue scilicet pro electione futuri Custodis facienda, antequam ad electionem eiusdem procedant pro Spiritus Sancti gratia devotius invocanda missam de eodem Spiritu Sancto faciant inter se cantari et solempniter celebrari. Qua decantata statim in eis legatur hoc presens nostrum Statutum ac deinde absque omni alia Iuris solempnitate in electionibus aliis observari et fieri consueta et patronorum seu fundatorum eiusdem Collegii non obtenta seu petita licentia per eos ad electionem futuri Custodis in forma subscripta ulterius procedatur. Videlicet quod omnes et singuli Socii supradicti in huiusmodi electionis negotio presentes tactis per eos et eorum quemlibet sacrosanctis Dei Evangeliis coram aliis tunc presentibus Subcustode aut dicto Socio hoc exigente corporale prestent Iuramentum quod postpositis et rescindentibus omnino amore, favore, odio, timore, invidia, parcialitate, affectione Consanguinitatis et affinitatis necnon acceptione personarum et patrie ac occasione quacumque precii aut pretii absque more dispendio duos unum Artistam videlicet magistrum in sacra Theologia vel magistrum in Artibus qui necessariam regentiam in Artium facultate compleverit, et unum alium Iuristam videlicet doctorem Iuris canonici vel Civilis aut Baccalaureum in altero Iurium predictorum qui libellum Institutionum si civilista fuerit aut unum librum Decretalium si Canonista sit pro forma sua legerit de ipsis tunc eiusdem Collegii Sociis aut aliis qui quondam fuerant Socii in eodem quos in eorum conscientiis magis idoneos sufficientiores discretiores utiliores et aptiores crediderint ad subeundum gerendum faciendum et exercendum inibi Custodis officium nominabunt. Necnon quod illos quos nominaverint sperant ac firmiter credunt quod ad bonum et salubre Regimen et diligentem Curam ipsius Collegii, personarum, Rerum ac bonorum terrarum possessionumque ac Redditum spiritualium et temporalium et Iurium eiusdem plus possit proficere ac debere Iurabuntque insuper modo quo supra unus videlicet Iurista et alter Artista Collegii predicti in facultatibus suis ceteris seniores tunc presentibus in dicto Collegio. Per quos vota omnium et singulorum in huiusmodi electione presentium, incipiendo a senioribus scrutari volumus, ante ipsum Scrutinium Subcustode aut eo absente vel ut prefertur impedito alio Socio post predictos duos seniores eos convocante Quod nullum procurabunt seu procurari facient verbo Scripto nutu vel Signo prece vel precio ad aliquem de se ipsis aut alium nominandum sed prout ipsius Socii sic scrutati dictaverit propria conscientia. Et quod votum cuiuslibet Sociorum huiusmodi in ipsa nominatione diligenter et fideliter scrutabunt, ac votum et dicta cuiuslibet Socii nominantis ipso Scrutato sedente scribent vel scribi coram se facient, et in presentia ipsius Scrutati statim illud legent vel coram eo legi. Quorum deinde Scrutatorum unus senior coram altero Scrutatore suo assumpto sibi alio dicti Collegii Socio post eos seniore tunc presente voto suo in hac parte primo pure simpliciter ac secrete emisso et in Scriptis distincte redacto votum alterius Conscrutatoris sui eo dicto prope sedente Socio modo consimili scrutari ac in scriptis redigere diligenter et fideliter teneatur. Deinde vero iidem duo Scrutatores coniunctim atque simul vota omnium et singulorum aliorum Sociorum tunc presentium predictorum diligenter, secreto ac sigillatim perscrutentur, et omnia integre in Scriptis redigi faciant fideliter ut prefertur. Et quo quidem Scrutinio si contingat duas personas huiusmodi per maiorem partem Iuristam, alterum Artistam Sociorum tunc presentium nominari et eligi, Tunc senior ipsorum Scrutatorum ipsum Scrutinium mox publicet in communi. Si vero in dicto Scrutinio in tales duas personas sic consensum non fuerit (ut prefertur) tunc e[o] absque publicatione alicuius voti, et sine tumultu Contradictionis, Querela appellatione supplicatione seu quocumque impedimento Iuris vel facti iterum ac totiens consimile fiat Scrutinium donec in duas personas huiusmodi per maiorem partem Sociorum predictorum fuerit concordatum. Si vero aliquem vel aliquos Sociorum vel Socios eiusdem ipsius Collegii a principio absentem vel absentes pendente dicto nominationis seu electionis negotio ante publicationem eiusdem in ipsum Collegium redire contigerit in Statu quo processum ipsius electionis invenerint admittantur et vota sua emittant ut prefertur. Proviso semper quod dicta nominatio sive electio semper infra duos dies completos, a tempore inceptionis Scrutinii predicti compleatur et fiat huiusmodi c

Quibus sic peractis, nullo alio juris ordine, processu seu solempnitate in hac parte observatis seu etiam requisitis, illa persona sic in scrutinio finali nominata per omnes seniores et discretiores socios ipsius Collegii post ipsos sic electos et nominatos per maiorem partem eorundem Notario actuario sociorum ad tunc ibidem specialiter nominando, una cum dicte electionis predicte forma ac predictis in statuti et juramenti a preficiendo in Custodem prestandi tenorem plenarie continentibus, sigillo communi dicti Collegii in publica omnium sociorum tunc ibidem presentium sine difficultate qualibet sigillandis, nobis dum vixerimus et post decessum nostrum Archiepiscopo Cantuariensi qui pro tempore fuerit si successorem nostrum quem in Provincia Cantuariensi aut Eboracensi esse contigerit, alioquin Vicario in spiritualibus generali aut ipso deficiente Officiali Curie Cantuariensis, sede plena; ipsa vero vacante Priori ecclesie nostre Cantuariensis qui pro tempore fuerit infra spatium triginta dierum a tempore publicationis electionis sive nominationis hujusmodi (ut predicitur) in eo faciende continue numerandos presententur. Quibus autem super electione seu nominatione hujusmodi modoque et forma predictis absque probatione alia plenam fidem volumus adhiberi. Cum quidem sociis cum dictis personis in Custodem nominatis mittendis coram nobis aut domino Archiepiscopo seu illo cui dictam presentationem fieri contigerit, collatione in Latino sermone facta teneatur dictum Collegium personasque in Custodem nominatas et alias personas dicti Collegii eidem specialiter debeat et honorifice commendando. Nos vero, dominus Archiepiscopus aut ille de predictis personis cui hujusmodi presentatio juxta casus predictos fuerit facienda, unam de personis nominatis quam secundum Deum et sanam conscientiam magis idoneam ad hoc crediderit gratificabit et absque more dispendio aut processu judiciario et absque impugnatione electionis sive nominationis hujusmodi ipsam preficiet in Custodem Collegii supradicti. Qui sic prefectus si sacerdos non fuerit in sacerdotem se faciat ordinari infra annum quam citius poterit sub ipsius debito juramenti.

Si vero socii predicti (quod absit) dicte electionis modo et forma infra predicta tempora non nominaverint aut infra triginta dies a tempore publicationis electionis sive nominationis (ut premittitur) in Collegio faciende electionem sive nominationem predictam non presentaverint, totam potestatem nominandi sive eligendi illa vice ipsos statuimus fore privatos ipso facto, et predictis in statuti ordine potestatem providendi prefato Collegio de Custode illa vice domino Archiepiscopo aut (sede vacante) Priori Cantuariensi qui pro tempore fuerint specialiter reservantes.

Ita tamen quod unum sociorum ipsius Collegii vel alium qui prius fuerat de ipso Collegio ex causa honesta recesserit ab eodem, Magistrum in Theologia seu Doctorem Juris Canonici vel Civilis aut Magistrum in Artibus qui necessariam regentiam compleverit in ipsa Artium facultate, seu Baccalaureum in altero jurium predictorum qui lecturam libelli Institutionum aut quinti libri Decretalium (ut supradictum est) compleverit, pro forma quem secundum Deum et conscientiam suam bonam ad officium Custodis hujusmodi magis habilem et idoneum crediderit in casibus predictis preficiat in Custodem.

Custodem vero hujusmodi qualitercumque prefectus fuerit, statim post prefectionem suam primo coram illo qui ipsum prefecerit in Custodem et subsequenter in presentia omnium sociorum ipsius Collegii presentium antequam ad administrationem aliquam admittatur, tactis et inspectis per ipsum sacrosanctis evangeliis subscriptum prestare volumus juramentum.

Ego N. in Custodem Collegii animarum omnium fidelium defunctorum in Oxonia prefectus juro tactis et inspectis per me istis sacrosanctis evangeliis quod dictum Collegium, omnia beneficia, terras, tenementa, possessiones, redditus spirituales et temporales, jura, libertates, privilegia et bona quecumque ejusdem, necnon omnes et singulos socios et scolares ipsius Collegii juxta Statuta et Ordinationes ipsius Collegii absque personarum scientiarum vel facultatum, generis aut patrie acceptione quacumque regam, custodiam, dirigam et gubernabo et sic per alios regi, custodiri, dirigi et gubernari faciam juxta posse. Ita quod nec sociis vel scolaribus ejusdem Collegii in aliqua scientiarum seu facultatum studentibus occasione scientie seu facultatis ejusdem plusquam sociis aliis vel scolaribus ejusdem Collegii in scientiis aliis seu facultatibus studentibus favens aut partialis ero, nec me gerens pro aliquo aliqualiter faciam nec contra justitiam, charitatis et fraternitatis amorem gravamina vel molestias alicui ipsorum scolarium vel sociorum inferam vel inferri faciam quomodolibet. Quodque quantum in me fuerit correctiones, punitiones et reformationes debitas, rationabiles atque justas de quibuscumque criminibus, delictis et excessibus scolarium et sociorum dicti Collegii quorumcumque, quotiens ubi et quando ac prout opus fuerit, juxta negotii qualitatem, verumque formam et effectum Ordinationum et Statutorum dicti Collegii, absque partialitate qualitercumque, postpositis et cessantibus omnimodis precario amore, timore, odio, invidia et favore, necnon affectionibus consanguinitatis et affinitatis, facultatis seu scientie ac prerogativis specialibus ex quibuscumque causis preconceptis vel conceptis, diligenter et indifferenter faciam et exercebo seu per alios fieri et exerceri faciam et etiam procurabo, et ea que in ea parte fuerint facienda fideliter in viribus exequar et exequi faciam juxta posse. Et si quas punitiones et reformationes (ut prefertur) debite facere non potero propter

metu et potentia seu multitudine delinquentium, ipsorum nomina et cognomina cum qualitate et quantitate
delictorum et excessuum huiusmodi, quotiens potero infra mensem, domino Archiepiscopo Cantuariensi
qui pro tempore fuerit, seu (ipso in remotis agente) eius Vicario in spiritualibus generali, aut ipso
deficiente, Officiali Curie Cantuariensis sede plena, vel sede vacante Cantuariensi, Prio-
ri ecclesie Christi Cantuariensis denunciabo et revelabo, et per eos huiusmodi punitiones, correctio-
nes et reformationes iuxta statuta et ordinationes predicta in omnibus solerter et celeri-
ter quatenus in me fuerit fieri procurabo. Item ad gubernationem et regimen omnium terrarum
possessionum reddituum spiritualium et temporalium ceterorumque administrationi bonorum et rerum
ad ipsum Collegium qualitercumque spectantium cum omni diligentia et providentia mihi a Deo
concessis fideliter et diligenter intendam, ac alios eiusdem Collegii et officiarios et mi-
nistros in diversis officiis et ministeriis deputatos intendere faciam iuxta posse. Item quod
omnia et singula bona et catalla dicti Collegii in commodum et utilitatem Collegii scholarium
et sociorum predictorum prout necessitas exegerit et statuta et ordinationes predicti Collegii in
hac parte dictaverint administrabo et faciam utiliter et diligenter dispensari et in omnibus
administrari. Et ea que residua fuerint et excreverint conservabo vel faciam ad incrementum
dicti Collegii et commodum fideliter conservari. Item quod causas lites et placita quecumque
ipsius Collegii defendam, ceteraque omnia et singula negotia ipsum Collegium qualitercumque
concernentia prosequar diligenter, possessiones libertates privilegia et iura
quecumque ipsius Collegii manutenebo prosequar et defendam. Hoc tamen salvo quod
causas placita vel lites graves in quibus dicti ipsius Collegii exheredatio
vel grave preiudicium absque maturo et deliberato consilio et assensu maioris partis Ar-
tistarum ac etiam Iuristarum seniorum sociorum dicti Collegii tunc ibidem presentium, quorum om-
nino octo Iuriste seniores existant, non incipiam nec movebo aut inchoari vel moveri faciam
quovismodo. Item quod ultra sexaginta dies continuos vel vicibus interpolatis discontinuos
in anno aliquo a dicto Collegio me non absentabo nisi pro negotiis eiusdem Collegii vel ex magna
et ardua causa per maiorem partem omnium sociorum dicti Collegii tam Artistarum quam Iuristarum
tunc presentium approbanda. Item quotiens aliqua electio vel assumptio de scholaribus in dicto
Collegio fuerit facienda, vel solum tales assumantur et eligantur quos secundum conditiones et
qualitates in ordinationibus et statutis dicti Collegii expressas habiles et idoneos repu-
tavero, et quos in scientiis seu facultatibus quibus insistunt ad honorem commodum et
utilitatem ipsorum et ipsius Collegii plus posse proficere et verisimiliter crediderim,
sine parcialitate vel favore, acceptione personarum, amore, odio et favore, timore, prece et precio post-
positis quibuscumque, quantum ad me pertinet partes meas interponam fideliter et ea fieri fideliter
procurabo. Item in casu quo ab officio meo ob culpam meam vel etiam propter causam
aliquam me amoveri contingat, vel forsan cedam eidem, si aliqua bona dicti Collegii ante
vel post amotionem vel cessionem huiusmodi recepero, bona huiusmodi per me recepta mihi aut usi-
bus meis non applicabo preter illa que mihi pro huiusmodi officio exercendo in dicti Collegii sta-
tutis et ordinationibus disponuntur. Sed ipsa omnia et singula successori meo Custodi dicti
Collegii et eidem Collegio infra triginta dies a tempore amotionis seu cessionis huiusmodi
integre restituam et refundam absque diminutione seu contradictione quacumque. Item si per
me aut occasione mea aliqua dissensionis materia inter vel discordia in dicto Collegio
(quod absit) suscitata fuerit, si super ipsa materia per Custodem, Decanos, Bursarios et
quinque alios dicti Collegii seniores sociorum duos scilicet iuristas infra triginta dies continuos
finiri rationabiliter seu placabiliter factum non fuerit, tunc ordinationi dispositioni dicto
laudo et arbitrio domini Archiepiscopi Cantuariensis qui pro tempore fuerit, seu ipso in remo-
tis agente (vel supradictum est) eius Vicarii in spiritualibus generalis aut ipso deficiente
Officialis Curie Cantuariensis de Arcubus sede plena, sede vero vacante Prioris
ecclesie Christi Cantuariensis stabo. Et quod eorum aliquis statuerit ordinaverit et diffinierit
in ea parte fideliter observabo et eidem cum effectu parebo sine contradictione quacumque,
cessantibus appellationibus, provocationibus, querelis, exceptionibus et aliis iuris et
facti remediis quibuscumque. Quibus omnibus et singulis in hac parte renuncio in
his scriptis. Item secreta dicti Collegii in dampnum et preiudicium eiusdem
non revelabo ad extra quovismodo. Item ad dicti Collegii meliorationem augmen-
tationem bonorum terrarum possessionum reddituum et iurium conservationem et defensionem
promotionem et expeditionem negotiorum dicti Collegii quorumcumque, ad quemcumque statum
gradum dignitatem vel officium imposterum devenero, in suis consiliis beneficiis favo-
ribus et auxiliis quantum in me fuerit et ad me pertinuerit diligenter adiuvabo, et pro
eisdem effectualiter quamdiu vixero in hoc mundo laborabo. Item quod non procurabo dimi-
nutionem mutationem translationem seu annullationem alicuius numeri in aliqua scientia
seu facultate nec etiam numeri presbiterorum clericorum aut ceterorum ministrorum Capelle
dicti Collegii in statutis et ordinationibus eiusdem limitati seu limitandi contra formam
statutorum et ordinationum eorundem, vel ab aliis fieri permittam seu tollerabo secundum
posse, aut eisdem consentiam quovismodo. Item quod nullas conventiculas

Conspirationes, Confederationes aut Factiones aliquas sub quibuscumque infra Regnum Anglie vel extra contra Ordinationes vel Statuta dicti Collegii contenta vel contra ipsius Collegii Statum Utilitatem comodum vel honorem faciam nec ipsos procurabo seu permittam ab aliis fieri quantum in me fuerit quomodolibet insistam seu facientibus ipsa vel eorum alicui prestabo seu dabo Consilium auxilium vel favorem, aut eisdem scienter interesse presumam nec ipsis Consentiam quoquo modo **Item** Quod Consanguineos dicti fundatoris mei in veros Socios eiusdem Collegii iuxta formam et Ordinationes Statutorum in hac parte edit(as) electos seu eligendos sine difficultate qualibet admittam et procurabo ac admitti faciam iuxta posse **Item** Quod veris et perpetuis Sociis in dictum Collegium eligendis et admittendis fidele Consilium omni favore postposito tribuam et impendam, Ut de bonis Sufficientibus castis modestis honestis humilibus aptis et ad studendum et ad proficiendum in artibus Scolasticis habilibus et idoneis iuxta formam Statutorum providebitur eidem Quodque contra Dominum Archiepiscopum Cantuariensem qui pro tempore fuerit aut ecclesiam Christi Cantuariensem, Priorem aut Capitulum eiusdem ecclesie in aliqua Causa ipsam ecclesiam concernente scienter non ero Consilio auxilio vel favore causa mea propria et dicti Collegii causa dumtaxat excepta **Item** Quod non impetrabo aliquam dispensationem contra Iuramenta mea predicta vel aliquid eorundem nec contra Ordinationes et Statuta huius Collegii nec dispensationem huiusmodi si vero quovismodo impetrari vel gratis offerri aut concedi contigerit cuiuscumque fuerit auctoritate sub quacumque forma verborum concessam utar aut eidem consentiam quovismodo Sic me deus adiuvet et hec sancta dei Evangelia Et si contingat imposterum me propter mea demerita seu causas in prefatis Ordinationibus et Statutis contentas iuxta formam Ordinationum et Statutorum dictorum ab officio meo expelli seu alias amoveri ex certa mea scientia sponte pure simpliciter et absolute omni actioni occasione expulsionis seu amotionis huiusmodi contra ipsius Collegii Socios vel eorum quemcumque instituendum, Appellationis et Querele in ea parte faciendis ac quibuscumque literarum impetrationi, processibus Iudicum Prelatorum Procerum et Magistratuum ac aliorum quorumcumque, Necnon quibuscumque Iuris ecclesiastici vel secularis ac omnibus aliis Remediis Iuris vel facti per que aut quorum effectu possem me reconciliari vel in integrum restitui contra premissa quantumcumque ab probitatis dicte merita mihi suffragarentur in hac parte renuncio in hiis scriptis **Item** Quod omnia et singula Statuta et Ordinationes dicti Collegii Creationem ipsius me concernentia secundum planum literalem et grammaticalem sensum et intellectum eorundem inviolabiliter tenebo et exequar et etiam observabo et quantum in me fuerit faciam teneri et exequi et ab aliis observari **Volumusque** Quod de Iuramentis predictis fiat statim sumptibus Collegii Instrumentum publicum signo et subscriptione alicuius Notarii quod continens ipsius Iuramenti totum tenorem, diem et locum ac nomen et cognomen Custodis predicti Necnon Omnium dictorum Sociorum continentes [illegible] quod inter munimenta dicti Collegii perpetuo remaneat sub custodia diligenti **In Cuius rei** omnium et singulorum premissorum testimonium Sigillum nostrum commune Collegii nostri antedicti presentibus apposuimus **Dat(um)** Oxon(ie) in magna Aula Collegii nostri antedicti, Anno Domini supradicto [illegible] mensis Iulii die decimo quinto

Duodecimo die Mensis Augusti Anno Domini 1558 dictus admisit Georgium Pirard clericum ad vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Colling Cantuariensis diocesis per liberam Resignationem Roberti Browne clerici ultimi et immediati vicarii et incumbentis in eadem vacantem Ad presentationem Illustrissimorum in Christo principum et dominorum Philippi et Marie Anglie Regis et Regine &c dicte vicarie perpetue veros et indubitatos (ut dicebatur) patronos dicto reverendo presentatum exhibitum, Ipsumque vicarium perpetuum eiusdem ac in et de eadem instituit canonice et investivit ac cum suis Iuribus et pertinentiis universis, Ac recepto ab eodem Georgio in personam Galfridi Glyncke procuratoris sui &c Iurato tunc et canonice obedientie &c ac de continua et personali residentia &c et acceptata per eum cura &c Scriptum fuit Archidiacono Cantuariensi seu eius Officiali ad inducendum &c

Colling vicarie Institutio vicariatus de Colling

Octavo die Mensis Septembris Anno Domini predicto dictus contulit domino Burkhurst [illegible] vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Hedcron sive Cantuariensis diocesis per deprivationem Iacobi Mathew ultimi vicarii ibidem vacantem et ad Collationem suam pleno iure spectantem, Ipsumque vicarium perpetuum eiusdem ac in et de eadem instituit canonice et investivit cum suis Iuribus et pertinentiis universis Ac recepto ab eodem domino Burkhurst Iuramento canonice obedientie &c ac de continua et personali residentia in dicta vicaria perpetua &c et acceptata per eum Cura animarum &c Scriptum fuit Archidiacono Cantuariensi seu eius Officiali ad inducendum &c

Hedcron vicarie Collatio

Milkested vicarie Institutio /

Decimotertio die mensis Septembris Anno domini 1558 dictus admisit Rolandum Parkeson clericum ad Ecclesiam parochialem de Milkested Cantuariensis dioc per mortem naturalem David Lowley clerici ultimi et immediati Rectoris et incumbentis eiusdem vacantem ad quam per Thomam Herman de Milkested predicte ecclesie verum et indubitatum (ut dicitur) patronum domino presentatus exstitit ipsumque Rectorem eiusdem ac in et de eadem instituit canonice et investivit cum suis iuribus et pertinentiis universis / Ac recepto ab eodem Rolando Parkeson iuramento canonice obedientie etc et acceptata per eum cura animarum etc scriptum fuit Archidiacono Cantuariensi seu eius officiali ad inducendum etc

Pluckley rectorie Collatio

Vicesimo secundo die mensis Septembris Anno domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo octavo dictus contulit magistro Nicholao Morton Sacre Theologie Baccalaureo ecclesiam parochialem de Pluckley Cantuariensis dioc et iurisdictionis per liberam et spontaneam Resignationem Willelmi Barker clerici ultimi et immediati Rectoris et incumbentis eiusdem vacantem et ad Collationem dicti reverendissimi patris pleno iure spectantem / ipsumque Rectorem eiusdem ac in et de eadem instituit canonice et investivit cum suis iuribus et pertinentiis universis / Ac recepto ab eodem Nicholao Morton iuramento canonice obedientie etc et acceptata Cura etc scriptum fuit Archidiacono Cantuariensi seu eius officiali ad inducendum etc

Lenham vicarie Institutio

Vicesimo nono die mensis Septembris Anno domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo octavo dictus admisit Willelmum Darrell Artium magistrum ad vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Lenham Cantuariensis dioc per mortem naturalem Willelmi Forster clerici ultimi et immediati vicarii et incumbentis in eadem vacantem ad quam per Anthonium [illegible] [illegible] dicte vicarie perpetue verum et indubitatum (ut dicitur) Patronum domino presentatus exstitit / Ac recepto ab eodem Willelmo Darrell in persona Johannis Barton Procuratoris sui etc iuramento canonice obedientie etc ac de continuo et personali residentia etc Scriptum fuit Archidiacono Cantuariensi seu eius officiali ad inducendum etc

Preston vicarie Collatio /

Vicesimo die mensis Octobris Anno domini 1558 dictus contulit Edwardo Parrat clerico vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Preston Cant dioc per liberam Resignationem Thome Clare clerici ultimi et immediati vicarii et incumbentis eiusdem vacantem et ad Collationem dicti patris pleno iure spectantem ipsumque vicarium perpetuum eiusdem ac in et de eadem instituit canonice et investivit cum suis iuribus et pertinentiis universis / Ac recepto ab eodem Edwardo Parrat iuramento canonice obedientie etc et acceptata per eum cura animarum etc Scriptum fuit Archidiacono Cantuariensi seu eius officiali ad inducendum etc

Stanmer rectorie Collatio

Vicesimo tertio die mensis Octobris Anno domini predicto dictus contulit Johanni Upton presbitero ecclesiam parochialem de Stanmer decanatus de Southmalling [illegible] Cantuariensis iurisdictionis immediate per mortem naturalem Willelmi Blackwell clerici ultimi et immediati Rectoris et incumbentis eiusdem vacantem et ad Collationem dicti patris pleno iure spectantem ipsumque Rectorem eiusdem ac in et de eadem instituit canonice et investivit cum suis iuribus et pertinentiis universis / Ac recepto ab eodem Johanne Upton iuramento canonice obedientie etc et acceptata per eum Cura animarum etc scriptum fuit decano decanatus de Southmalling seu eius deputato [illegible] et singulis Rectoribus et vicariis etc ad inducendum etc

Collatio prebende in ecclesia Xpi Cant facta magistro Nicholao Harpesfeld

Primo die mensis Novembris Anno domini predicto dictus contulit magistro Nicholao Harpesfeld legum doctori Canonicatum et prebendam in ecclesia Xpi Cantuar quos magister Ricardus Parkehurst dudum habuit et possedit vacantes per mortem naturalem magistri Ricardi Parkehurst ultimi Canonici

et prebendarum eorundem vacan/ et ad Collationem dni pleno iure spectan' prefatus Cano-
nicum et prebendam eorundem ac in et de eisdem instituit canonice et investivit eun-
dem cum iuribus et pertinentiis universis Ac Recepto ab eodem magistro Nicholao Har-
pesfeld Iuramento canonice obedientie &c ac de observand' Statuta et lauda-
biles Consuetudines ecclesie metropolitice Christi Cantuarien' quatenus ipsum
concernunt, scriptum fuit Decano et Capitulo ecclesie metropolitice Christi Cant
seu eorum vicesgerenti ad inducendum &c /

Goodwynston
ecclie institutio

Quarto die Mensis Novembris Anno dni 1558 dnus admisit Robertum
Compton clericum ad Ecclesiam pochialem de Goodwynston prope ffevershm Cantuar
Dioc per mortem naturalem Radi Daye clerici vltimi et immediati Rectoris
et incumbentis eiusdem iam vacan' Ad presentationem Thome Kempe militis
ipsius ecclie veri et indubitati (vt dicitur) Patroni dnus prefatus ipsi-
ecclie Rectorem eiusdem ac in et de eadem instituit canonice et investivit
eum cum suis iuribus et pertinentiis universis Ac Recepto ab eodem Roberto Comp-
ton Iuramento canonice obedientie &c scriptum fuit Archino Cantuar seu eius
Officiali ad inducendum &c /

Boughton Aluphe
vicarie institutio

Nono die Mensis Novembris Anno dni predicto dnus admisit Davidem
Cotton clericum ad vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Boughton Aluphe
Cantuarien' Dioc p mortem naturalem Hugonis Davids clerici vltimi et imme-
diati vicarii et incumbentis eiusdem vacan' Ad presentationem Willelmi Damsell
militis dicte vicarie perpetue veri et indubitati (vt dicitur) Patroni
dnus prefatus ipsi vicarium eiusdem ac in et de eadem instituit ca-
nonice et investivit eum cum suis iuribus et pertinentiis universis Ac Recepto ab
eodem Davide Cotton Iuramento canonice obedientie &c ac de continua et persona-
liter residendo &c et acceptata cura &c Scriptum fuit Archino Cantuar
seu eius Officiali ad inducendum &c /